

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Peter Grünenberg David Heinrich Köpken

**Disquisitio Theologica Quae Jesum ton Nazraion Capite II. v. 22. 23. Matthaei  
Repertum, In Prophetis Etiam Scrutatur**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1699

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730639258>

Druck Freier  Zugang









52. 7.

H.C. — 1101.

H 47





Z

DISQVISITIO THEOLOGICA  
QUÆ

# J E S U M

NAZΩPAION <sup>τὸν</sup>

CAPITE II. V. 22. 23. MATTHÆI REPERTUM,  
IN PROPHETIS ETIAM SCRUTATUR,  
DEO AUXILIANTE MAXIMO,  
ET CONSENTIENTE MAXIME VENERANDO THEOL. ORDINE

SUB PRÆSIDIO  
VIRI SUMME REVERENDI

# JOH. PETRI Brünenberg/

PH. ET TH. D. HUJUSq; PROFESS. PUBL. ORD. CONSI-  
STORII DUC. ASSESS. DISTRICTUSq; MEKELN-  
BURGENSIS SUPERINTENDENTIS,  
DN. AFFINIS ATq; HOSPITIS Sui MAXIME VENERANDI  
ÆQVO DOCTORUM SCRUTINIO OBLATA,  
& IN ALMÆ ROSTOCHIENSIS


AUDITORIO MAJORI  
ANN. CL. Ic. Id. III. JUL. HOR. ANTEMER.  
PRO VIRIBUS PROPUGNANDA

AB AUTORE

# DAVIDE HENR. KOEPKENIO


LUNEBURGENSI.

\*\*\*\*\*  
ROSTOCHI, TYPIS JOH. WEPPLINGI, UNIV. TYPOGR.



בְּשָׁבֵת וְזָהָב

פֶּגַעֲגָע.



Vemadmodum ex Patrum verbis  
& factis non sunt exfruendi articuli  
fidei ē monito B. Autoris Articul:  
Schmalcald. p.2. Artic. 2. De Missa pag. m  
308, ita nec interpretationes, ab Ec-  
clesiæ Patribus nobis relictæ, adeo  
pleno consensu sunt approbandæ,  
ut meliores iistitioresque accipere  
non debeamus. Nimiam certè

fidem Pontificii Doctoribus suis habent, vanam sæpe do-  
ctrinam ē Scriptura S. ut videtur, qvamvis non ex Spiritus S.  
intentione, à Patribus elicitam defendere conantes. Saniora  
cum judicio orthodoxi qvorumcunq; etiam de Ecclesia optimæ  
meritorū interpretamenta tum demum, ubi Scriptura S. con-  
sentit, excipiunt. Namq; hæc unica amissis sacrarū & rerū  
& sententiarū satis recte est comparata, aptaq; nata ad suā  
ipsius explicationem contra vehementissimas qvasq; hære-  
ticorum sugillationes defendendam, & qvorumlibet circa se  
litigantium atq; hæsitantium lensa vel rejicienda vel confir-  
mada. Est enim hæc Davidis, Regis sanctissimi, testimonio  
(נָרָגֶל הָרִדָם וְאֹור לְנַהֲבָתוֹ תְּהִלִּים קְיֻט) & utilex inspe-  
cie, ita in genere qvodcunq; Dei verbum scriptum  
& indefluens institutio (וְרָק חִיּוּת מְשֻׁלֵּח) Quid mirum  
ergo, si hac lucente lampade neq; Exegetarum opinione  
omnes veritati consentaneas esse dicamus, neq; ut falsas te-  
merè qvascunq; rejiciamus? Quid mirum, si qvemadmodum  
credimus & confitemur unicam regulam, & normam nullam  
omnino aliam esse, qvam Veteris & Novi Foederis scripta, ita  
etiam omnia dogmata, omnesq; à doctis concinnatas in-  
terpretationes secundum eandem examinemus judicemusq;?  
Hujus memor effati gravissimum jam vexatissimumq;  
Matthæi locum Capite II. v. 22.23. aggressurus, ita me omnia  
executurum promitto, ut pro divina, ingve omne ævum per-

A 2

ennatura

en natura Scripturæ autoritate, omnes interpratum opiniones proprio ejus judicio summittam, eamque demum veram esse significem, quam ipse Spiritus S. suo in verbo, suo etiam consensu corroborat. Adsit hinc conatibus אֶל רְחִיבָה, & pro infinita sua sapientia, naturaliter insipientes nostras cogitationes dispellat, intellectum gratiore clariorem reddat, actionesque, ut omnes, ita huc spectantes, dirigat, ut, quæ modestè mihi proposui, Ipsi operante, viresque tenuiter cooperantes perficere, ego perficere, in sensum Scripturæ divinitus intentum multo cum fructu dextrè penetrare, atque nominis ipsius gloriam hoc etiam in negocio disseminare possim!

S. 2. Cum autem præsens, quod agimus festum, & illud, quod omne effluit, temporis spatium assiduis cogitationibus nil nisi svariissimum communemque omnium servatorem JESUM NAZARENUM complecti, ejusque solius arcana præcipuâ meditatione comprehendere nos jubeat, meritò ad eam delapsi sumus quæstionē enodandā, quæ certè inter difficillimas totius Scripturæ est referenda, & plurimos summo ingenio scientiæq; copia instructissimos Viros eò deduxit, ut, quid responderent, dubitarent. Neq; tamen tot Interpretum, tot Theologorum varias sententias, dissentientesq; interpretationes intuens, ad deponendum, quod jam humeris injeci, onus, mutanturque consilium commoveor, sed nihilo segnius, quod potero, propositum ut efficiam operam dabo. Propterea enim, quod alios video collaborantes, non mihi pigritiam dulcis ocii putaverim esse concessam, nec horrorem ab opere hoc retrahentem incuti mihi patiar, alios circa explicationem collationemque hujus dicti occupatos dum video, quod hominum est, vel defatigatos vel hallucinatos. Potueram mettere, ut assequerer ea, quibus attendo, atque ita, quod cœpi sine pudore intermittere. Sed spe grata honestaque factus confidentior pro viribus sensu Spiritus S., cuius opem anhelans exspecto, ita impræsentiarum ero invigilatus, ut simul Matthæi ~~Geor~~ & Iohann corroborem, veritatem quasi tenebris immersam cum rectè sentientibus inveniam, & adversarios nimium sibi crebra hujus dicti solicitatione placentes, autoritatemque

temqve inde scripturarum elevaturos obtundam. Tribus  
adsatisfaciendum proposito opus erit capitibus, primo, qvo  
sententiam Matthæi insinuemus, altero, qvo variorum expo-  
sitiones & indicemus & judicemus, ac tertio tandem, ut verio-  
rem explicationem antea insinuatam, allatis eum in finem  
argumentis, animum curiosiorem ferientibus, defendamus.

## CAPUT I.

**P**rius, qyam sensui verborum Matthæi eruendo  
nostras cogitationes mandemus, & recte de Inter-  
pretum sententiis sentiamus, nostramqve plenè  
confirmemus, fas erit verba ipsa, uti à DEO inspi-  
rata, & à Matthæo literis expressa sunt, ē capite II. 22. & 23. in  
apricum deducere. Græcè ita plerumqve leguntur:

Χρηματισθεὶς τοῦ ἦρα τὸν ἀνεχάρηστον τὸ μέρη τῆς Γαλιλαίας  
καὶ ἐλθὼν τολμηστικὸν τὸ πόλιν λεζομένην Ναζαρέτ, ὅπως  
τὸ πρῶτην τὸν δικὸν τῶν πεφρητῶν. ὅτι Ναζαρεῖς οὐκ εἶδον τῷ  
B. Sebastianus Schmidius in latina Bibliorum Versione ita

hæc verba redditit.

*Divinitus monitus autem in somnio concepsit in partes Galilee. Et geniens  
habitabit in urbe dicta Nazareth, ut impleretur quod (\*) dictum per Proph-  
etas, quod Nazarenus vocandus esset.*

\*Ej. XI. 1.  
Ej. XI. 1.

Erasm. sequente in modū græca convertit verba:

*Oraculo admonitus in somnis, recessit in partes Galilee. Ac profectus habitabit in  
Cibitate, qua vocatur Nazareth; ut impleretur quod dictum fuerat per Proph., (\*) Num. VI.*

Jud XIII. 5.  
Ej. XI. 1.

Nazarenus vocabitur

Volui ipso cum textu originali adducere non nisi Latini  
nas versiones duas ut patescat, qvomodo in versione differant  
interpretes unde cum veteri recentiore junxi. Sed nunc  
ad rem.

S. 2. Matthæum hisce, qvæ jam produximus, ver-  
bis primum qvidem ad Josephum sese convertere, ejusqve re-  
vocationem ex Ægypto describere asserimus, ita tamen, ut  
primarium dicamus spiritus S. scopum esse τὸ παιδίον in ter-  
ras Israel deportandum. Illum igitur ad Ιησούν Θεωπόν, Dei  
ac Mariæ Filium, in ultimis qvidem verbis: Ναζαρεῖς οὐκ εἶδος

*Moene: à Matthæo respici, certe ab omnibus, vel solam sicut  
ram intuentibus, mihi facilè concessum iri confido. Cum  
enim nexus horum, cum præcedentibus, verborum ita a-  
perte conspiciatur, ut vel meridiana luce clarior ille legen-  
tipate fiat, nemine à me dissensurū esse arbitror, nisiqvi se ipsū  
lubens excœcare voluerit, aut pravarum opinionum, impia-  
rumq; hypothēsū fascino fuerit dementatus. Qvisquis autem  
adhuc pollens est usu rationis, agnoscere vi recte compositi  
naturalis judicii cogitur, Matthæum in iis, qvæ adduximus,  
de ipso eodem verba facere, cuius secundum carnem descri-  
bendi Genealogiam ab initio Evangelii sui pertexuerat, cu-  
jus matrem itemq; Patrem, licet non naturalem, ibidem  
monstraverat, cuius adventus ab Angelo ipso, certissimo Pro-  
pheta, probatus Iosepho fuerat redditus. Vide cap. I. Qvæ-  
so te, de quo fecerit verba? nisi de eo, quem Magos, ne-  
scio qvos, Sapientes illos ἀπὸ ἀντολῶν, adventus sollicito, anxia  
exploratione, adoratione pia, & muneribus honestis vene-  
ratos fuisse cap. II. 1. seqq. refert? Quem Josephus, man-  
dato divino instructus in Ægyptum duxerat, ut ab exitiosis  
Herodis Ascalonitæ consiliis liber foret, & rursus post hu-  
jus interitum, prævio æquali monito, ex Ægypto in terram  
Israëliticam reducebat. Namq; ille, reducens hunc fidei  
suæ commissum puerulum una cum ipsius matre, ἀναχέρησε  
εἰς τὴν μέρη τῆς Γαλιλαίας, conculisse in partes Galilæe: Quò  
profectus ad urbē accessit, dictam Nazareth, ad eandem illam  
in qvajam antea, ceu virginem & sponsam Mariam habitavisse,  
posteaq; ceu Matrem cum Iosepho conjugé familiam aluisse  
enarrat Lucas cap. I. 26. & c. II. 39. unde etiam ipsum Christum  
conceptum ibi esse, & inde fugam Ægyptiacam capessi-  
visse colligimus. Quid multa? Aliorū, in subsequentibus  
immediatè verbis non potuit respicere Matthæus, nisi ad eum,  
cujus tanq; accessum in Galilæam & ad urbem Na-  
zareth, determinatum certoq; Divino consilio factum esse  
ipsis his verbis probat, qvod parens ipsius ea de re fuerit  
χρηματιθεῖς, qvodq; id factum sit, ὅπως πληγεώθῃ οὐ μηδὲ  
διὰ τῶν προφητῶν. Gui asserto qvia nemo erit contraven-  
turus*

turus, existimo laboris æque inutilis esse, diutius ei immorari,  
ac si quis soli lucem affundere conetur. Brevibus omnia complector hac in propositione: *Ille de quo dicitur: ὁ Ναζωραῖος  
κληθῆσεν, νέμο εἰ, nisi JESUS.*

S. 3. Næque etiam superest dubium, quin omnia, quæ hic Evangelista suo sermoni inclusit, ita sint comparata, ut nihil circa illorum veritatem possit desiderari. Quandoq; videm enim Matthæus non ut sibi relictus, non velut artem publicanorum fatus callidam edocet, verum tanquam à Spiritu S. mente stylumq; dirigente, illustratus, & contra omnem lapsum, quisquis committi potuisse, præmunitus, hanc sacræ Christi historiæ seriem, tamquam ipsius Dei verbum consignavit; non absque summa ratione afferimus, omnia historiæ Evangelicæ ab ipso inserta ab omni vito esse immunia, sanctè recteque constituta, eadem nihil futilitatis, nihil falsitatis, nihil absurditatis continere. Facilis igitur ab universali ad particulare instituitur collectio hæc, verba nostræ considerationi subjecta eadem, qua universa Historia Evangelica nititur, nitit *Jesus* ideoque omni culpa carere, & ab omni errore longe abesse, quicquid etiam contra moliri velit stolida Athorum turba, vesana Appellarum colluvies, numerosaq; pertinacissimorū hæreticorū multitudo, quæ profecto scripti hujus Evangelii, & nostrorum ex eo verborum sive *ad tertiam*, sive auctoritatem evellere, & veritatis nullo negocio agnoscendæ indolem destruere haut quamquam potest. Absit! ut à pristina Matthæi conditione nimis fortè impura ad impuritatem Evangelii tam prædicati, quam consignati, argumentari quis ausit. Quamvis enim insignis ille quondam fuerit Publicanus, degens non in civitate Tiberiade, ut Adrichomius vult, vid. Barrad. Cap. XXI. lib. V. tom. I. Harmon: Evangel., sed vel Capernaumi, vel forte alicubi in Vicinia notante Lud. Woltzogenio Cap. VIII. Prolegom. in N. T. quamvis, inquam, inter eos numeratus sit, qui quamvis gratia vectigalia redimebant, (unde etiam Cap. 10, 3. seipsum vocat *Μαρτιών τὸν πλάνην*) & Romanæ tyrannidis, Judæorum cuicunque sumptopere, exofaz, administrari plerūq; iniqva & rigida vectigalium exactio.

exactio[n]e multis molesti erant, propterea q[ui] odio apud omnes  
vel mediocrem virtuti operam dantes habebantur, & ceu fa-  
mæ naufragium passi è consortio honestatem probitatemq[ue],  
licet externam tantum appetentium virorum ejiciebantur,  
non tamen in ea morum pravitate usque ad finem vitæ per-  
mansit. Evidem mirum id esse, non negitabimus, quod Mat-  
thæum jam jam inter Christi discipulos suscep[t]um, Apostolum  
q[uo]d salutatum (vid. Luc. c. VI. v. 13. seqq. collat cum Matth.  
c. V. 6. 7.) eoq[ue]; tempore sufficientissima Christi adhortatione  
in monte propè Capernaum sito instructum, nihilominus pau-  
lo post audiamus sedere rursus ad telonium Matth. IX. 9.  
Verum tamen simul ac denuo Christi vocem meliora mo-  
nentem percepit de culpanda merito improbioris vitæ ita-  
tione discessit, vid. Ejusd. c. IX. & detestabilis avaritiæ laqueos,  
q[ui]ibus irretitus ad æternum opprobrium trahebatur, ambabus  
quod ajunt, manibus abjecit. Vocantem tunc ille Christum ce-  
lerrimè relictis omnibus secutus, postea fidissimus comes con-  
stanter eidē adhæsit, & majoribus deinde viribus à Spiritu S. do-  
natus ad scribendū, cuius partem illustrissimam auctoritas ipse vi-  
derat, vitæ Christi curriculum se accinxit; qvarum qvidem  
virium sancta virtute munitus nullo modo in scribendo  
errare potuit. Omnes ergò de recta verborum Mat-  
thæi structura dubitandi aditus nobis sunt interclusi, facile  
videntibus, ne apicem qvidem in allatis frustraneum esse,  
aut inutiliter positum.

S. 4. Certi sumus de veracitate sanctissimi Historici.  
Neq[ue] nunc etiam illud negare qvemq[ue] posse arbitror, Mat-  
thæum verbis nostræ meditationi subjectis demonstrare vo-  
luisse, jam dudum incolam illum sanctissimum, Iesum dico,  
urb[is] Nazarethæ fuisse præfinitum, nec casu factum esse, ut  
Josephus, cùm Maria ἡγεμόνη olim jan[us] Nazaretham colens,  
nunc iterum cum ipsa ἡγεμόνη matre, & ejus Filio in Galilæam  
ejusque civitatem Nazaretham se contulerit, ibidemq[ue]; loco-  
rum suum statuerit domicilium. Probationis enim loco  
Evangelista affert (1) fuisse Josephum ζενωάθειον καὶ ὄρας,  
ac (2) manifestum illud sit vim causalis particulæ ὄρας atten-  
dentibus

dentibus: quam uti veri. præced. g. causalē mēsse concedere debemus , ita & hic negare non possumus. Sicuti enim ibi Herodes illud maxime à Magis, ex oriente Hierosolymam profectis, exspectat, ut sibi annuncient si forte Bethlehemi inveniantur rex reges etiam Iudeas Basileia, quem duce stella, singulariter ad hanc rem destinata, (cujus essentiam jam quidem non sum investigatus relegans lectorem ad Interpretes) eō usq; exquisiverant, qvō (επως) veniat ipse ipsum qvoq; adoratus; ita dicendum existimo, qvod non alium in finem Matthæus, postquam Josephum, unum cum Maria ejusque naturali filio Nazaretham secessisse significarat, addat: επως ταῦτα θη, ut impleretur, nisi ut indicet atq; insinuet, hanc Christi inhabitationem in Galilæa, & hujus oppido Nazareth, jam in Veteris Testamenti libris qvodam modo esse significatam.

S. 5. Hoc autem atxiè qværendum videtur: unde hanc suam probationem Matthæus produci velit? &: an ultima illa verba: Ναζαρέτον κληθεται, probationis sint instrumentum? Enq̄stiones maximæ indaginis! Eas inter habendæ mihi vindicentur illæ, qvarum responsio non facile extra omnem dubitatio- nis aleam ponit. Etenim Evangelista, uti alias fieri non solet, nullam mentionem facit nominis illorum Prophetarum, qvorum tamen in genere meminit, nec innuit quinam illi sint, ex qvorum scriptis probationem desumferit. Eqvidem vera dicam, sanctissima nostra neglecta fide, & sufficiente industria non ad rem adhibita, irrisoribus facile censeri potest Matthæus animi ejus fuisse, qvi Prophetis adscribere testimonia voluerit, qvæ, licet omnes evolvamus, nullibi occurrant, ac nuspia conspiciantur in prophetarum scriptis; unde non difficulter calumniandi cupidis videri potest, conari eum historiam suam falso ex illis stabilire. Qvod cum ita esse, negari vix possit, amabo qvi aliter fieri potest, nisi ut omni studio ad Scripturam S. interpretandam incumbentibus pareat pariatq; dissensionem, totq; inveniantur diversæ sententiae, qvotferè interpretes extitisse accepimus?

S. 6. Netamen hanc difficultatem aggressus, absq; fructu, imò ἀγίστης ἀναρπότερος locum dimittere existimer, qvid sentiendum sit, præter omne fascinum tamen, explicabo,

B

&

& sententiam; quæ se mihi ob varias inde ortas commoditates maximè probavit, demonstrabo. Evidem crediderim ad posteriorem quæstionem §. præced. propositam, sice esse respondendum, verba hæc ultima ὡτι Ναζωραιοῦ καληγένεται plane non allegari à Matthæo tanquam verba Prophetarum, è quibus velit probare habitaculum Nazareth per Prophetas esse prævisum, & legentibus sua vaticinia præmonstratum, sed esse verba ipsius Historici. Ad priorēm vero quæstionem ibidem allatam dicendū hoc esse censeo: omnia illa Veteris Testamenti loca à Matthæo hic spectari, in quibus terræ Zabulon, atque integræ Galilææ Messias promittitur, neque Matthæum id velle effere Christum propterea ingressum esse Nazaret, ut implerentur prophetiae, quæ Christum Nazarenum dicendum esse prædicerent; sed Christum propterea Galilæam, & speciatim oppidum Galilææ Nazareth in colere revoluisse ac debuisse, quod illæ promissiones, quæ terræ Galilææ, ac tribui Zabulon tanta bona, tantasque felicitates erant pollicitæ, complementum assumerent: Christū autem qui suo adventu ex vaticiniis Propheticis illas oras beabat, cumde esse, qui postmodum loco, quod quidem Matthæus non vult prædictum dicere Ναζωραιοῦ erat vocandus. Nolo his diu nunc inhærere: sufficit sententiam, quæ videtur & me judice recte censetur, protuenda & Testam̄ fide omnibus adversariis opponi posse, optimam, hoc loco insinuasse, quam tum demum me probaturum esse recipio, quando cæterarum opinionum, sequenti capite ostendendarum, incommoda cuivis attento lectori seerunt proditura.

## CAPUT. II.

Diversas Matthæani loci expositiones proponens.

¶ I.

Vim probandi à Matthæo, adductis in verbis: ὥτως πληρώθη &c. non per necessitatem, quam αὐτόπτης ille præfixam, sibi non habebat, sed per Spiritus S. illum agentis benignitatem inhabitacioni Galilææ, & Nazarethi esse quæfiram, connexionis aspectus luculenter satis nos docuit. Nec evidem existimo, quemquam contrariam esse defensurum sententiam. Qvod vero ad eas

eras attinet quæstiones: ex quoniam Prophetæ *Jesus* vaticinio  
hanc suam stabiliverit argumentationem? & cum Matthæus in plu-  
ralitate numero loquatur, quinam illi Prophetæ plures hanc elo-  
cuti sint sententiam, quam Evangelista ex eorum *ayiotanis*  
*yeçimaoi* assumisse videtur? magis est obscurum: nec minus est  
ambiguum, quænam verba & quomodo ea in Prophetia illa sint,  
& quomodo illa fidem historicam Matthæi de prædicta inhabi-  
tatione Nazarethis Galilææ loquentis confirmare possint, qviq;  
fiat, ut Matthæus, perspicua alias iure suo omnia redditurus, du-  
bia ejusmodi verba, quæstionem probans, adducat, Spiritus que S.  
in eadem consentiat effata, cum tamen ullum unquam Prophe-  
tarum chorum elocutum hæc esse ultima verba. *Nazarei* *λαζαρεῖον*  
aut suis ea scriptis inseruisse, demonstratione justa evinci  
nequeat, & ne duo quidem testes rite consentientes citari pos-  
sint; circa hæc dissentunt omnes. Intantas conjicit Matthæus Phi-  
lologos ac Theologos angustias, ut quilibet emergendi cupidus, suas  
excogitarit divinationes, quas deinceps argumentis confirmare,  
& qualibet standem qualibus probationibus incruxare, pro suo  
quisque desiderio his dubiis satisfaciendi, allaborarunt. Super-  
sedeo labore recitandi tot sententias, quot interpres suam ut  
confirmant fluctuantem mentem adducunt, atque ex affluente  
sententiarum ubertate eas tantum colligo, quæ potiores &  
fundatae magis inveniuntur.

S. 2. Primo autem loco ea mihi obvenit opinio communissima, hæc verba: *ōi Nazarei* *λαζαρεῖον*, esse ipsa à Matthæo allegata, atque è Prophetis citata verba, eaque propter in Prophetis etiam reqvirenda. Quam sententiam quia firmissimis radicibus in veritatis fundo defixam esse permulti credunt, hinc mentem hic illuc dividunt, & querunt passim, ubinam in sermonibus ne an in scriptis Prophetarum reperire ea queant? Alii pro certo assumunt noluisse Matthæum vim probandi ea, quæ præcesserant de educationis loco, in ultimis, quæ ex ipso attulimus, vocibus proponere. Qui priori adhærent opinioni in varia uti sunt sententia, ita alii planè nesciunt quid dicant, alii solos prophetarum sermones intuentur, alii ad scripta vel unius, vel plurium etiam adspirant, atque hi ite-  
rum

rum verba de Iesu ita vocando vel iis, quæ habemus, scriptis scruntur, vel ex iis, quæ desperita esse dicunt, palam desiderant. Ji verò, qui prophetica nostra scripta perquirunt, in diversas voces oculum intendunt, inque iisdem vocibus diversas rationes viasque sequuntur. Alii scilicet ad vocem נזיר respiciunt, alii contra affirmare conantur, Christum propterea ex occasione Loci Nazarenior esse vocatum, ut illa dicta Prophetica, quibus vox נצער, ad Christum relata, continetur, sua reperirent implementa. Et de his agemus in.

### SEGMENTO PRIMO

Sententia prima recurrentia ad Docem. bel. solam. §. Primum hoc spectante locum dicunt esse Esaiæ cap XI. v. 10 וַיֵּצֵא חֶתֶר מִגּוֹעַ יְשִׁי וַיַּצֵּר מִשְׁרָשוֹ יִפְרָח Et egredietur virga de truncu Iishai, & Nezer ( surculus ) è radib⁹ ejus fructificabit. Ubi dicunt vocabulum נצער propterea à Prophetā huic Prophetiæ esse appositum, qvod Christum Nazarethianum quondam commoraturum esse, & Nazarenūm vocatum iri, voluerit. Addunt quoque doctorum sion nulli, per priorem enuntiationem: וַיֵּצֵא חֶתֶר מִגּוֹעַ יְשִׁי Christi egressum & orium è Betlehem, per posteriorem vero: וַיַּצֵּר מִשְׁרָשוֹ יִפְרָח ipius Messie, Betlehem oriundi, educationem, & habitationem in urbe Galilee Nazareb futuram significari. Franciscus quidem Junius pluribus hanc sententiam ornat argumentis, & maxime impere urget: convenienter fuisse, ut quemadmodum Christus à genito, matre, tempore, & loco nativitatis, doctrina, actionibus, & passionibus, persona, simul & officio à Propheta descripitus fuit; sic etiam à loco habitationis describeretur, ideoque locum habitationis à Propheta Es. XI. per ḥaīlāqūn subindicatum, consilientem non in sententia totius, sed in unius vocis translatione. Vide Ejus Parallelæ. Addictum quoque huic sententiæ quondam fuisse Hieronymum Stridonensem ex epistola ejus ad Pamphilium de optimo genere interpretandi cap. 3. colligitur, ubi testimonium Matthæi sumptum putat ex Jes. XI. & illud ibidem occurrens vertit: Nazareus, quo etiam provocat in prefat. Paralipom. his verbis: Scripti super librum de optimo genere interpretandi, offendens illa de Evangelio: Ex Aegypto vocavi filium meum, & quoniam Nazareus vocabatur, &c. ceteraque his similia in Hebraeorum libris inveniri. Albitamen nempe in Annotationibus

in Es. XI. v. i. hanc sententiam eruditis Hebreis tribuit, his verbis  
Iud. Marthai; quoniam Nazaraus vocatur, eruditii Hebrei de hoc loco  
Es. XI. assumptum perit. Accepisse idem ceu probatum Sebastianum  
Barradam patet Tom. I. Commentar. in Concord. & Histor. Eu-  
angel. Lib. X. Cap. XI. inspiciunt, quo in loco nomen hunc varie  
implicatum exsoluturus sufficienter responsum arbitratur, si dicatur  
respectum à Mattheo haberi ad Jes. XI. in quo Christus vocatus  
i.e. flos. Cui addo Hieronymi vestigis insistentem Celeberrimum  
Hoffmannum in Lexico Universali sub titulo: Nazareth, quod  
est (inquit) si interpreteris, flos, & paulo inferius: hic Christus Dominus  
noster Salvator, ut flos campi (inquit Hieronymus) nascetur in flore virtu-  
tum, concepius & educatus est, 24 annis habitavit, unde, & civitas bas, civi-  
tas & patria ejus ipse vero Nazarenus vel Nazaraus, & Galilans appellatus  
est. Placuit eadem sententia gravissimo, dum viveret, Ar-  
gentoratensium Theologo B. Sebaſt Schmidio, qvod uti ex loco  
Jes. XI. addito in margine Versioni allata, ita & ex ejus notis in  
eundem loc. cit., conſtat, ubi Junii sententiam optimam judicat  
& secundum eam ita vertendum esse ait: Ut impleretur, quod dia-  
lbum est per prophetas, quod Nazarenus vocandus esset: dictumque per  
prophetas, subſicit, quando hi cum vocarunt נזרא ſurgulum. Nolo plures  
adducere Autores hanc ceu veriſſimā affumentes sententiam; In-  
ter quos Tostatum, Emanuel Sa, D. Walther, Constantin l' Em-  
pereur, & multos alios numerat Celeberrimus Calovius in Bibl.  
Illugr. in b.l.

§. 4. Varii autem ejus defensores variè eam defendere  
laborant. Omnes fermè eò abeunt, ut dicant non minimum argu-  
mentum pro hac sententia ex summa convenientia harum vocum  
Nazareth & נזרא decerpī posse; easdem in utraque apparere literas  
radicales, nec quicquam dubii super esse, quo motus quicquam aliter  
(nempeper ו; & non per ע) nomen urbis Nazareth scribi debere exi-  
ſtimet, cum & Syrus Paraphrastes נזרא non כורא una cum Ara-  
bibus scribat, & Emmanuel Sa cum Pagnino afferat in titulo crucis, qui  
Romæ aſſervatur, nomen Nazareti per ו, & non per ע scriptum fuſſe,  
ut est Es. XI. i. scriptum. Accedit tum autoritas notissimi Judæo-  
rum Lexicographi Davidis de Pomis, testantis ipsam urbem Naza-  
reth quoque dictam fuſſe ע, tum illud Judæorum dictionem, quo  
Christo epitheton à Mattheo ipſi tributum, lubenter addant, eum-  
que

que appellant נוֹצֶרֶת, alibiique eum vocent המקוּלָה & discipulos ipsius vocent נוֹצְרִים Vid. Buxtorf. in Lex. Talmud. & Rabb. in voce נָצֵר, & Lightfootum in Hor. Hebr. & Talmud: in Cap. XXVIII Matth. V. vers. 1, p. m., 501. Unde hoc quidam eliciunt, Deum propterea Christum Nazarethem ablegasse, ut, quem Judæi & Romani aliquae hostes non forent dicturi cum El. נָצֵר, eundem illi hoc nomine perpetuo appellarent, ac nihilo minus ipse Christus sub eodem & dicitur verus נָצֵר, & eodem tempore tatus ab infidiis, per appellationem nomine minus gloriofo, lateret.

§. 5. Addo eruditus nonnullorum cogitationes, qui scriptionem נָצֵר Nazareth, per γ hebræum, non per ι, exinde probatam dari arbitrantur, quod hanc civitatem jam in Vt. Testamenti libro ita expressam conjiciant. Dicunt enim Josuæ cap. XIX. v. 36. illam vocari οντζρ, vers. 37. עַן οντζר posteaque abbreviatio ne & deflexione quadam vulgo vocatam Nazor, unde ebraico more facile sit Nazareth, quasi civitas germinis seu surculorum, quas ita recensitas habe Harmonia Chemnitio - Lyseriane Lib. I. cap. XIV, & B. Waltheri Harmonie Biblica libro posteriori in Matth. C. 2. v. 23. Nec illam prætereo aliorum rationem, qua dicunt, Christum non absqve causa ita freqventer versatum esse circa lacum Generazreth, h. e. vallem surculorum, sed ut eo ipso ostenderet, se esseverum germen illud & surculum, jam olim à Prophetis ούχως hoc nomine designatum. Hinc Christum non in urbe Hierosolyma, sed in oppido surculorum, & circa stagnum vel lacum surculorum adeo crebro hæsisse. Vid. ex aliorum sententia loquenter Frideric. Spanheimium Dub: Evangel. XC. num. 4.

§. 6. Optimo, igitur jure ex his effici posse censem, divina providentia factū, ut tales inabitaret & incoleret locū Christus, נָצֵר ille prædictus à Prophetis, ex quo commode implerentur vaticinia prophetica, quibus Messia nomen נָצֵר, unde Nazareth etiam derivatur, olim tributum, adeoqve è loco etiam educationis Jesum verum Messiam esse, evinceretur, præsertim cum elegantissimum intersit mysterium, & pulcherrima analogia inter Christum & נָצֵר, unde probabilissimum esse debeat, ad hanc analogiam per vim mysterii respexisse Matthæum. Franciscus Junius omnia illa huc spe dare dicit loca, in quibus Christus נָצֵר appellatur, quamvis obscurus illud

rē illud à Prophetis significetur, utpote Es. XI, v.1. & Jes. LX, vers. 22.  
quem locum, pio hujus sententiæ favore à qvibusdam expressum,  
videmus apud Spanheimium Dub. Evang. XC. n. 2. sic citari: po-  
pulares iui quotquot erunt justi in seculam jure hereditario pos-  
siderebunt terram, ut surculus plantarum ejus opere manuum mea-  
rum glorietur. Neq; aliter hanc vocem usurpatam esse in hebraica  
scriptione concedit, nisi duobus his locis, in qvibus utrobiq; ad Christum tantum modo pertineat. Qvamvis verò alias eti-  
am hæc vox legatur apud Prophetas, scripta alio in sensu, ad Chri-  
stum non referendo, id tamen huic sententiæ nihil derogare, ter-  
tio enim loco Es. XIV. 19. eandem qvidem à Propheta adhiberi de  
Rege Babyloniam, ibidem autem Prophetam, prout singulis fermè ejus-  
dem capitis versibus Chaldaeas voces immiscet, itidem μιμηκῶς  
Chaldaissare. Et sic per vocis unius τῷ Ναζαρὲῳ per quam similis,  
translationem explicare locum Jesaianum studet.

§. 7. Alii eodem modo ex propheticis dictis verba Matthæi  
exponunt, ita tamensimul enallagen numeri adhibitam ab Evangelista  
fuisse notent, & unum Prophetam tantum à Matthæo nempe Esaiam  
intellectum esse doceant, qvamvis plures videantur indicati his ver-  
bis: *per prophetas*. Sicuti enim supra v. 20. hujus capititis Josepho,  
nisi ὄνται dicta verba: οὐδεὶς διέτασθε τούτων ψυχῶν οὐδὲ  
unum illum Herodem intimare censem, ita hic quoque pluralem  
τοῦ Φητῶν προφητῶν positum esse iudicant, quod speciatim vult  
Barradius I. c. pluraque talismodi exempla numerorum commutati-  
onem probantia ab Augustino lib. 3. de Consensu Evangelistarum c. 16.  
adducta citat. Syrum huic sententiæ omnino addictum, & propter  
ea בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל per prophetam in singulari vertentem videtur sequi im-  
signis ille qvondam in hac Alma Theologus B. Varenius commentar.  
in h. I. Es. part. 1. Orat. VII. conclus. 6. Habet ad hujus dubii de plu-  
rali numero sumti solutionem hæc verba Drusius: *Quod idem (Hi-  
eronymus) ait: Si fixum de scripturis posuisset exemplum, nunquam  
diceret: quod dictum est per prophetas, sed simpliciter quod dictum est  
per prophetam; nunc autem pluraliter prophetas vocans ostendit, se  
non verba de scripturis sumisse sed sensum: parum firmum est. Nam  
διὰ τῶν προφητῶν πρᾶξις Ebræica exponi potest per unum aliquem Pro-  
phetarum Vid. Notas in Parallel. sacr. rom. VII. Critic.*

S. 8.

g. g. Plures autem alii numerorum metalepsin adeo fir-  
solconnexā mo nisi pede non existimantes, cum tam diu figurās actropos in  
cum alia scriptura S. non admittendos esse recte judicent, qvamdiu literā in-  
hārere possunt, in subsidium vocant illam voulam, qva Synonymi-  
ee τὸν οὐρανόν exprimitur, & qva Prophetæ itidem Messiam respexerunt.  
Allegant scilicet illa Prophetarum verba, qvibus vox Χριστός continetur,  
qvam, et si ἀνθελλάω aliquando, aliquando βλασphemō vertunt LXX Se-  
niores, cum voce נצָר ratione significationis convenire dicunt, nullāq;  
inter eas differentiam esse exemplorum adductione confirmant. Nec  
solū ratione significationis propriè utrumque vocabulum surcu-  
lum vel germen, verum & tropicè volunt indicare. Spe-  
ctantes huc varios scripturæ locos ab Autoribus citatos attendimus,  
utpote Jerem. 23. v. 5. c. 33. i. 5. Zach. 6. v. 12, & cap. 3. v. 8. Jes. 4. v. 2. Præci-  
puus autem, qvi huic fīti allegatur, locus legi videtur plurimis Zachari-  
c. VI. v. 12. combinatus cum cap. III. v. 8. Hic enim simpliciter Deus  
cum appellat: עֶבֶרְיוֹ צָמָח וּבְנֵי אַדְחוֹן יְהוָה  
Ecce vir, germen ( Zemach ) nomen ejus erit, & ( sic exponunt ) de  
loco ( i. e. Nazareta ) germinabit, & adificabit templum Domini.  
Qvod de Christo dici utrumque patet. Et hæc tum horum, tum  
reliquorum locorum conjunctio ita placet plurimis Interpretum  
ceu cuivis dubitationi satisfaciens, ut vel absq;e formidine adversarii  
eam amplectantur. Vid. Harmonia Chemitio; Lyserianal.c. & Spanhem-  
D.E. XC, uti etiam D. Caloviuml. c. multos hujus sententiæ patro-  
nos recensentes; qvibus jungo Pasorem, qvi hic pro Nazareno legit  
Nazarenū & addit: hic respicit Spiritus S. ad prophetias ubi servator  
noster dicitur נצָר Es. XI. v. 1. & צָמָח Jer. XXIII. v. 3. in etym. Nom. Propr.  
& Authores, Bibliorum Vinariensium in h.l. nec minori fortassis jure  
verba Angli illius, Johannis Prideaux ita sermocinant, objec-  
tionemq; Pontificiorum ex hoc loco Matthæi, contra pu-  
ritatem hebraici textus, formatam ita resolventis: Christus Nazareus  
vocabatur non tantum, qui erat Χριστός surculus, quia in trunco succiso egerminans  
Jes. XI, qui Χριστός germen est Jer. XXIII. & Zach. VI. 12. sed etiam à loco, in quo  
educabatur, & qvo educebarur. Quod offendit Evangelista à Prophetis etiam  
fuisse predictū, dum non ratione tantum conditionis sed habitationis vocaba-  
tur Nazareus. Vid. Ejusd. Oper Theol. Fascicul. IV. Cap. I.

g. g. Qvo-

S. 9. Qvoniam vero harum rationū curatum exāmen modeſte inſtituere noſtrum nobis propositum jam ſvadet, id statim diſſimulandum cernit̄ non eſt, tantam p̄aſe ferre eamdem ſententiam ſpeciem, ut in amo rem ſui magnam, p̄aſtantium ingenio virorum ( ſi cum viris, non cum rationib⁹ pugnandum fore) conſenſionem paſſim acqviſiverit, & vel hodie meliorem vix aſſumipolle arbitrentur, p̄aſ fertim ſi extrinſecus literæ vocum, Nazareth & נצָר, contra rationem appellatiui hujus, Nazareus, qvo vocem Matthæi ullibi reperiret, commu nantem, atque ex eo ſine cauſa gloriante, p̄aſtereamus, alia qvo que in hac ſententia iſunt non levia, qvæ dubiam eam ipsam facere poſſunt. Eſto enim, vocem Nazareb originem debere נצָר, ſic dicto à radice נצָר ſervavit, cuſtodiuit, qvod cuſtodia vel in ſtructus, vel ea indigens fit, ne à vento deſiciatur, aut avelatur uia Buxtorf. in Lex Hebr. & Chalda, & qui eum allegat Eduardus Leigh in Critic. Vet. Tit. unde ſignificat furculum tenuem, idemque expri mit quod quod מכלְלַ יוֹנֵק Vid. R. Solom. Ben Melech in El. c. XI. ad vocem נצָר; eqvidem illud hic acriter negare non ſuſtinebo, neque ullo modo hac in cauſa plauſibiles doctorum conjecturas aversor. Aſſumo etiam, ſi viſ, autoritatē, judicante Iofephō Scaligerō, in Epift. 244. ad Buxtorffium, (qvod annotat König in Bibliotheca Veteri & Nova) ſatis minutam, Davidis de Pomis. Fidem habeo Syriacæ, & Arabicæ, in illarum gratiam, Versionibus; nec contra dicere nunc voſ illi ſummorum Virorum cœtui, qui derivationem illam non deſpiciunt, cum tamen ſententia ipſi de cætero ſeſe opponant, Sint haec ita neq; tamen video conſequen tiae firmitatem: Oppidum Nazareb נצָר nomentrabit, Christus vero ſymbolice vocatus eſt נצָר, inter eſt etiam eleganſiſma inter Christum & נצָר, ſeu furculum analogia, Ergo Christus ab illo נצָר, qui ipſe ſymbolice eſt, Naζwəgi vocari debuit, idque ē Matthæi cap. 2. v. ult. firmiter probatur. Sicut enim haec ſcopæ facile ſunt diſſolutæ, ita nunquam certo pro argumento afferri poſſunt, licet p̄aſente vel ſvaviflma analogia, p̄aſertim cum aliquis recte poſſit dici נצָר, qvod fit El. 14. & Dan. 11. qui propterea tamen non poſſit recte dici Naζwəgi. Unde non ſufficit, eum qui Naζwəgi appellari debeat, appellari alicubi נצָר, qvalem qvalem etiam vel metonymiam vel Syncedochen uelis p̄aſtexere.

C

S. 10. Ana.

§. 10. Anverò consuetudo Judæorū, Jesū nōstrū dulcissimū נצְרָה מִקְוָלָה לְמִלְחָמָה noncupantium, indeqve Christianos, sacrificia ejus fidei affectas, נצְרָה מִקְוָלָה noncupantium, hanc illorum stabilit̄ opinionem? sane virtutem - argumenti, ab hoc nomine ad Matthæi sensum ducentis, ne oculatissimus qvidem intropiciet. Etenim hi illud nomen ob natale, uti putarunt, solum, non verò inde, qvod Jesum El XI. v. i. crederent נצְרָה מִקְוָלָה dictum, Servatori nostro imposuerunt, et si nomen Nazareth voculæ נצְרָה מִקְוָלָה af finem fuisse existimarent, adeo, ut & ipsam urbem posteriori modo appellariint, quemadmodum significat adductus Lexicographus. Neque etiam magni momenti, virtutisqve illud est, qvod conjicitur de coacta appellatione נצְרָה, cum Jesaiā, nuncupandi, eodemqve inglorio Nazorei sub nomine latituri Jesu: sicut enim Deus coactam appellationem nominis, haut intellecti, non magnopere in ejusmodi vocabulo desiderat, ita latebras illas minus agnoscimus, qvippe qvæ sèpius ipsi Jesu fuerunt occasio & contemptus & insidiarum: & talia humana mentis commenta vix digna DEO censeri possunt. Non igitur hac firma satisest ratio, qvæ illi asserto succurrat, qvo Matthæus ad El. c. XI. respexit dicitur. Illud multo facilius ceu maxime probabile inde effici putaverim, Judæis denominationem Nazaræi à Nazareth, qvam per γραμματα scribi apud Syrum viderunt, & ipsi ita scribendum discipulis tradere maluerunt, notam fuisse, & scriptiōnem Ναζαρεῖον ita iis usurpatam in posteris hæsisse, ut perpetuo γραμματα & nunquam i nombini inscriberent.

§. 11. Nihil aliud fluit ex versionis etiam Hebraicæ, à Munstero editæ, (qvam citat Tossanus prælett. in Cap. II. Evangel. Matth. sub fin.) & N. Tti Hebraici, ex edit. Merceri. (Vid. Polli.) scriptiōne per γραμματα nisi, qvod jam significavimus, Judæorum consuetudinem scribendi hanc fuisse, qvam non ex veritatis, sed detrahendi & temere conviciandi studio ortam esse intrepide asserimus, scientes, nihil adhibituros illos esse vel minimæ literulæ, aut apicis, qvod in gloriam Jesu, & Christianorum gaudium vergere possit. Qvā in sententia confirmatur à doctissimo Tubingenium Hillero, Dissert. de Genuina Vocum in Elogio Crucis Dominica Versione Cap. II. p. 17, seq., dicente: Quod autem multis retroseculis Judæi consuetudinem in scriptura vocis: Nazenus, vieferunt, non alia de causa fecerunt: quam quod gloriam Elogium

Nazarenus

Nazarenis Christo Domino inviderent, atque pro odio & nequitia sua aliquid  
in scriptione tua opprobrii occultarent. Netzer enim, que collatione vox  
est nominis, נָצֵר hannotzri, si hos quidem audiamus, tabum, pedorem,  
s. mortuum & abortivum sonat. Fidem dicti faciat Hieronymus commentar.  
in Ef. c. XIV. Projectus est Nabucodonosor, quasianies, que hebraice dicitur  
Netzer, quam Aquila (ex Christiano Judeus) יְנַצֵּר interpretatus est, et  
ben vid. & pedorem, quem Symmachus (qui à Samaritanis ad Iudaos  
in Christum credentes defecerat) ἔντερον i.e. abortivum, LXX. νεκρὸν  
mortuum sc. pariter Chaldaeus & R. Salomon נִצְרִים Participium, quod  
cum Netzer cognationem haberet, reddunt, mortuorum à Necromantia  
custodita cadavera, ut ab iis arcana secesserentur. Aben quoque Ezra, qui  
sapient usurpatur, vertit: in loca vasta & desolata. Commentaria  
ad Jes. 65. 4.

§. 12. Prater ea quidquæso consequitur ex Emanueli Sa & Pagnini testi-  
moniis, testantiū, fuisse in Hebraico titulo Crucis Domini Romæ asserva-  
to, & speciatim in scriptione nominis נָצֵר. non s. sed & conspicu-  
um quamvis suspectæ fidei titulum crucis, ab Autoribus hisce visum  
dicat Friedlieb in Observat. in Harmon. Evang., quas licet saepius sine ju-  
dicio magno, & subleste aliquando fide consarcinatas afferuerit floren-  
tissimus, etiam post mortem, Pfeifferus in Thes. Hermeneutico Cap. XIV  
Can. CXIII, in hoc passu tamen fides omnino eis non est deroga-  
ganda. Pro nobis autem verum est testimonium Cornelii à Lapide, quem  
curiosum interpretarem idem B. Autor. l. c. appellat. Ille quod fatetur  
titulu hunc in basilica Crucis studioli diuq; intuitus fuerit, literasq;  
hebreas in eo non potuisse discerni certò, & si discernantur quod si  
potius scriptum per i, quam per u sibi visum sit vid. notas in v. i.  
cap. XI. Jes.

§. 13. Quis autem his hactenus nimiū levidensibus dubiusq; ductus  
argumentis se iis associabit, quorum assensum collatio Matthæi cum  
Ef. C. XI. instituta impetravit, nisi forte aliud quidquam argu-  
menti mente retineant? Errant meo judicio qui ab eo (Esiae) Chris-  
tum Nazareum appellatum contendunt. Nam dictus ita ab oppido Na-  
zareth. pro quo, Marth. 21. n in edit syra נָצֵר, nisi mavis נִצְרִים, quod forte  
originē habet & נִצְרִים vocabulo ambiguo ad surculū Turbæ Nazara. Sunt verba  
eruditissimi Philologi Joh. Drusii in h. l. Taceo celeberrimi Lightfooti  
C 2 judicium

judicium, non plane sibi satis fieri, inqventis de vulgari scriptione vocabulo Nazareth per נָצֶר; multo minus quod Nazarenus (à Judæis alijsq;) profertur per נָצֵר, i.e. נָצְרָא, cum Amanuenses s. dicant Naצְרָא vid. ejus Cap. II. §. 3. Disquisit. Chorogr. Johanni premissam in Hor. Hebr. & Talm. Qva qvidem in tententia nihil fallitur, cum derivationem vocis נָצְרָא nimis dubiam facile qvisque videat, & Christiani (si placet) tutius dicantur participialiter נָצְרִים ē Jerem. 31. v. 6. Qvæ utriusque verba non sine ratione gravissima prolatæ, jam quidem non examinabo, qvippe qui nunc eam consequentiæ infirmitatem explicare debeo, qvæ illam comitatur opinionem, qvæ fundamento ex El. XI. v. 1. minus congrue posito, dictum v. 23. cap. II. Matth: ex auctoritate congruentis scriptio[n]is per γ, nondum tamen satis comprobata, superstruere molitur.

§. 14. Sed & ulterius æqvè parum probationis inesse existimo sollicitis nonnullorum cogitationibus, qui ex Jos. C. XIX. vers. 36. & 37. ab urbibus denominationem dictæ civitatis petunt. Obviu[m] enim cuiquam est facile, hoc interpretum ad loca adducta refugio nihil nisi, quam putant, veram scriptio[n]em τῆς Ναζαρὲτ, per γ hebreum, qværi. Verum ne hoc qvidem ex allata citatione erui potest, cum ibi cernamus nominatas & descriptas civitates varias, qvæ æquali jure, quo dictæ civitates una עיר, vers. 36. & altera עי, vers. 37. terræ qvidem Galilææ generaliter sic dictæ vendicari possunt, attamen omnes specialissimè tribui Naphtalim, sexta inter ultimas sorte, obtigerunt, Conf. vers. 32. Hic autem Disputamus de Nazretha, nitida qvadam (ut vocatur à Bisselio in Palestine Topographia adducta ab Hillero l. c.) nobiliq[ue] Galilæorum, Zabulonie tribus, urbe. Affirmat illud & Bunting. Itiner. Nov. Test. pag. 3. Et h[ab]eret die Stadt Nazareth in Stamm Zebulen gelegen. Has ergo tres civitates nomine, loco, & passim tribu quoque distinctas, omnes jam dudum notatas aspice, si placet, in mappa Terræ Vischeriana 1659. edita. Unde mirum Dn. Bot saccum in Gedan. Moral. p. 69. in voce Nazarenus, & Nazaret sic scripsisse: Nazaret civitas in tribu Naphtalim, ante dicta Hazor & Enhazor Jos: 19, 37. postea Nazor, & Nazaret, quasi civitas germinis vel surculorum. Qvis autem est, qui non animadvertisit conjecturas magis, quam argumenta hæc esse habenda, nulloq[ue] modo ne nomen & locum, itemq[ue] ne scriptio[n]em

tio nemquidem, nedium collationem vers. 23. cap. 2. Matth. cum Es. XI. 1. hac ope stabiliri? Præfertim cum præter adducta jam impedimenta manifeste satis constet diversa, & diversis radiis circumscripta vocum scriptio, siquidem haut ita facile non dicam τό, sed & τό γ & τό, ut forte an videri quibusdam id queat, præsertim in tanto scripturæ silentio, abjiciuntur.

§. 15. Qvod si vero ex I. Maccabæorum c. XI. v. 67. quando dicitur: Καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτὸς παρέστατο ὅπερ τὸ ὑδωρ γεννησάτο. Καὶ ὥρθε σταύρος πεντετελεῖς ὁ πέτρος νασώρ. allegare quis quam ultimas voces πατίσσαντας voluerit, eqvidem poterat videri speciem habere, ut in Græco & ita in Hebraicō, cum τό γ Hebræorum τῶν & Græcorum plerumque respondeat: poteratq; commodius videri coniectum ex Enhazor, seu Enchazor. At verò hic debebat afferri probatio, hoc Νασώρ idem esse opidum Ναζαρέθ, qvod (1.) quomodo probari queat, non video. (2.) repugnant loci circumstantiae cum hæc planices Νασώρ non potuerit remota esse ab ipso lacu Genesaritico, qvoden Jonathana expeditione matutina appetat. (3.) repugnat & Josephus lib. XIII. Ant. cap. 9. circa medium, qui eandem rem iisdem circumstantiis describit, & præterea hoc Σαδιὼν appellat πεδίον Ασώρ, uti & B. Lutherus vertit, das blachfeld Hazor; qvad de urbe, Jabinis qvondam sede regia, (qvod 4to notandum) lib. 5. Antiq. c. 6. ita scribit: Ασωρ οὐδὲ μήτις τοῦ εργαστηκεῖ της Σαμαχωνίας ηδὲ λίμνης. Atque eadem (5.) olim fuit metropolis terrarum Cananiticarum istius regionis septentionalis omnium, ut patet ex Jos. c. XI. v. 10. Qvæ profectò circumstantia ad Nazarethem quadrare non possunt; quamvis de cœtero negare nolim, sicut fortassis sive Hazor, Ασώρ, sive ejusdem tribus civitas Enhazor Νασώρ appellari à quibusdam potuerunt, ita Nazarethem (licet testimonio hoc careat) vocari potuisse, & vocatam esse Ναζώρ, unde Ναζαρέθ, sicut à Νάζαρος venit Ναζαρέθ & Ναζαρέθ. Qvæ tamen omnia nihil probant.

§. 16. Nullius præterea momentieesse novam De Gennesaret instantiam, mecum omnes, judicio qui pollent, eodemque rectè utuntur, consentient insipientes id, qvod ab Autoribus quibusdam afferri §. præced. §. retulimus. Illi enim dicunt: Jesum

Nazarenum propter eas plurimum circa lacum Genesaretb, vallen superius  
rum, (ceu ipsi interpretantur, Vid. Botiac. Moral. Gedanen.) in uoce Na-  
zarenus, & alios) versatum fuisse, ut ostenderet, se esse verum illud germen &  
ureulum jam olim à Prophetis hoc nomine Ιερόχωρον designatum. Fatemur  
Filiū Dei circa has undas sapissimè versatum, & per illas sèpius trans-  
vectum, imo & in iis progressum fuisse. Verum, qvod propterea  
eas amaverit, qvia nomen habeant αὶ τὸν οὐρανόν, qvi ipse fuerit, & unde  
nomen Nazarenus gesserit, id èque inter fabulas referre audeo, atq;  
nugas Judæorum, qvi lacum Genesaret p̄t omnibus Canaaniti-  
dos lacubus DEO dilectionem temere fingunt: qvo pertinent hæc  
e Middras Tillim fol. 4.1. Septem maria creavi, ait Dominus: ex omnibus  
autem iis non elegi, nisi mare Genesariticum. Qvæ habet Joh. Light-  
foot in Hor. Hebr. & Talmud: in Evang. Matth. præmissa Centur. Chorograph:  
Cap. IV. & C. LXX. Qvad illi in laudem Tiberiensis Scholæ finxe-  
runt; ut nostri qvidam significationem è Nezer huic lacui affin-  
gunt. Qvi enim probabitur τὸς Gennesaret compositionem ex  
his vocibus גְּנֵזֶר? Èst factum? Alia enim scriptio גְּנֵזֶר,  
& interpretum, Syri & Chaldaeí quoqve aliam derivationem flagi-  
tat. Evangelistis est constans scriptio γεννησαρὲτ Vid. Luc. s. v. 1.  
Matth. 14. v. 34. Syrushabet גְּנֵזֶר, Chaldaeus Paraphrastes Onkelosius  
Numeror. Cap. 34. vers. 11, vocem גְּנֵזֶר, qva olim lacum  
hunc appellatum dicunt, qvamqve in Genesar transiisse vult Light-  
foot, exprimit גְּנֵזֶר. In Talmude stagnum hoc vocatur גְּנֵזֶר  
à Rabinis (quasi diceretur סְדָר הַבָּתִים principis,) qvad  
placet Pasori in Etymis Nom. Propr. Has & alias vocis deductiones  
itemqve scriptiones, qvibus accense גְּנֵזֶר &c. pluribus perseqvî  
institutum non patitur. Legat B. L., si velit, Spanhemium D.E.XCII.  
& Harmonie Chennitio. Lyseriana lib. 3. c. 36. p. m. 43. nec non Hille-  
rum loc. cit. itemqve Lightfoot Cent. Chorograph. Matthæo præmissa  
c. 70, & c. 79. Conferat quoqve ex veteribus Josephum. lib. III. c.  
35. de B. J. qvila cum hoc nomen à proxima regione Genesr acce-  
pisse affirmat, eamqve ceu hortis aptissi. nam describit, & qui eum  
sequitur Egelipp. lib. 3. c. 26, qvitamen è Græco perperam vocem  
hanc deducit, quasi à Generando aere. Patet vero exiis quantopere  
discrepent à Patronis illius sententiaz, hac in nomenclatura citati  
Interpre-

Interpretes, ut nullum inde pro sententia pluribus nunc indicata possit strui argumentum, præsertim cum in favorem defensorum <sup>et</sup> nullum unquam <sup>נָא</sup> adhibetur, quamvis nec I, sed plerumque II, & interdum III, alias & græcum sicut <sup>ν</sup>, si scriptio hæc ad esset, rectè posset congruere. Verum talia argumenta nimis sunt imbecilla.

§. 17. Vacillante omni hoc fundamento, vacillat omnis ei innixa opinio; sive Junii, præter necessitatem ad plura ejusdem prophetæ loca, in quibus Christus <sup>נָא</sup> in scra. V. Tt. dicitur, se conferentis, sive Barradi enallagm numeri à Matthæo usurpatam esse indicantis, sive Syri nullo jure per singularem corrigentis Matthæi sententiam. Qvod enim tantum hanc vocem in Hebræo scriptoris genere ad Christum Junius vult referendam esse, id æq; parum probatur ex Es. 60. vers. 21. ubi vox <sup>נָא</sup> qvod ex nexu facile perspicitur non ad Christum, sed populum Dei pertinet, atq; parum probatur Esaiam cap. 14, 19. & Dan. II. 7. in voce indubie hebraica chaldaissare. Nec propterea etiam dubium foret sublatum de Prophetis in numero plurali, cum relata ad Christum loca nihilominus in uno solo Propheta Esai reperirentur. Qvod si cum Barradio enallagan numeri urgere velis, non ita faciles in figuris ejusmodi colligendis esse decet, quousque Viri sancti ad literam exponi possunt, quare nec illud è Matth. 2, 20. allatum exemplum huic materia sufficit. Nulla enim ibi observatur numerorum commutatio, et si eam ibidem adstruere velit Walæus in Commentarij in l. errectius enim & Pater & Filius Antipater qui tunc obierant, alter naturali, violenta alter morte periens, qvod pererudit ex Josepho declarat Erasmus Schmidius in Animadversione in N. T. v. 20. cap. 2. Matth., qvodq; approbat celeb. Dn. Hermannus ab Hardt in Collegio Manuscrit. in b. l.) imo & Alexander & Aristobulus filii Herodis M., quos una cum Antipatro pereimerat (Pater, fidem faciente Tossano in Matth. cap. II.) si nulli præter hos alii forent intelligendi, intelligi possunt. Quid vero de Syro? cui addere possum Aethiopicam versionem, & Evangelium Hebreum Merceri, in quibus itidem singularem positum esse ex Poli Coment. in h. l. conspicimus. Matthæus scribit διὰ τῶν προφητῶν: Syrus <sup>בְּנֵי נָא</sup> per prophetam, cum reliquis versionibus. Verum tanti non æstimanda est hæc correctio, ut propter eam verba Matthæi amplius præ Syro additisq; Versionibus dicitia dimittamus. Quamvis

vis enim magnam Syri interpretis autoritatem Tremellio, (prefat  
in N. Tum Syriae.) Franzio, (de interpret scra) aliisque judicibus, non  
denegem, perfectam tamen in omnibus ei ἀντίβεια tribuere non  
audeo, quin potius eum errasse, dicere non verear,  
uti id exemplis probat ingeniosus Hillerus l. c., & doctissimus  
Dn. M. Karl in Dissertat. sua Historico-Critica de Versione Syriaca N. Te-  
stamenti §. XIIIX. Quæ inter errata præsentem etiam Matthæani loci  
correctionem, dicam an depravationem? ut referam nihil im-  
pedit. Minoris forsan indiget notatione, quod à Drusio adductum  
cernimus: Αλη τῶν εποφθάλμων phrasi Hebraica idem esse posse, ac  
si diceret Matthæus: per unum aliquem Prophetarum. Quod  
tamen ut hic adstruamus nullo cogimur arguendo, (sic nec  
ipse Drusius aliquo forte ratiocinio ductus id asserit) attendentes  
præcipuum, cui hoc tegmen incumbit, columen, nempe scriptio-  
nem τῆς Nazareth per ὅ, in lingua hebræa esse absolvendam, adeo  
solidæ non inniti basi.

§. 18. Ex jam prolatis amplius colligitur, quæ dubitatione illa doctorum exposita sit sententia, qui ex synonymo נֶצֶר vocabulo, sc. מִמְצָא, omnem dubitandi occasionem adimere laborant. Licet enim בְּכָל, toto ore, (uti Hebrei ex Jes. 9. v. ii. proverbialiter loqui amant, i. e. avidissime) assumamus his nominibus τὸν, totius V. Tti scopum esse subindicatum, quemadmodum id ipsis, Judæis consentientibus asserimus, diffiteri tamen non possum, ne plausibilem quidem, pro illa sententia, argumenti consequentiam fieri, multo minus lectorem, præconceptis opinionibus carentem, ad assensum ipsi habendum ea incitari: Quæ enim quæsto illa consequentia est: Christus debuit נַצְעָקָה, dici secundum Prophetas, utque id fieret Nazaretæ habitare & educari debuit; quia vero non nisi in uno Propheta, & quidem non nisi semel in eodem occurrit Christum spectans vox נֶצֶר, quæ quoad sonum quoddammodo convenit cum נַצְעָקָה, licet idem alias propriè non significet, hinc necessario cum נֶצֶר conjungenda vox צְמַח, si non prorsus, saltem ferme idem significans, ut ita Mattheus vere censeatur plures Prophetas citasse. Accedit hoc, quod hæc sententia excusationem pro veritate querens, quod tamen salva tantorum Virorum, eandem propugnatium, autoritate dixerim, plurimorum interpre-

tum hypothesis contrarietur. Etenim cum supponant Matthæum determinatum, in urbem Nazaretam, adventum Christi inde statum inare, quoniam in Prophetarum scriptis ὁ Ναζωραῖος appellatus sit, & quidem καὶ πῆδις, tum quia dicunt hæc verba: Ναζωραῖος οὐ παιδεῖται ē Prophetis citari, tum quia Nazareth quoad nomen urbs educationis fuit dicenda ex hoc vaticinio, quæso quomodo vox Καπαντία, Jer. 23. & Zach. 3. itemq; c. 6., cum ἡ Ναζαρέτη E. II. v. i conjuncta illud Matthæi effatum corroboratur? Non percipio. Neque etiam concedere ausim, voces Zach. 6. 12. οὐ μητρός της θεοῦ εστε vertendas germinabit de loco suo i. e. de Nazaretbe. Quando enim vox οὐ μητρός significavit locum? id quidem damus lubentissime, οὐ μητρός significare loco ejus, i.e. pro illo, s. vicariè, successivè, officiose, at propterea non significabit οὐ μητρός locum quendam, qui vel patriam, vel educationis locum signare queat. Vertenda igitur rectè sunt ista, & germinabit de subter se se i. e. ex tenuissimis sui status primordiis. De Cætero, quod ingenere Christus Nazoræus appelletur, non tantum propter educationem, sed & propter conceptionem, id omnino non negabimus, sed doctissimis ejus defensoribus facile, si id ve- lint, dabimus, præcipue cum in Nazareto & Christo Nazarenō, utrumque conspiret amicissime. Quamvis hoc simul observemus, vel à solo educationis loco aliquem satis commode appellari, licet nulla s. conceptio, s. nativitas eodem in loco præcesserit, sicut recte Cyzicus appellatur ex observatione Joseph. Ant. XIII. c. 17. qui Cyzici à teneris educatus est, & magis etiam in educationem, quam in conceptionem respiciendum censeamus, cum non tantum hæc aliis hominibus, & ipsi sèpè matri sit dubia, illa vero omnibus ad oculum patere possit, sed & per dubium sit apud politicos & Criticos, an locus conceptionis possit pro patria haberi, atque ita nomen patronymicum alicui imponere: Sicut hoc ex historia Caroli M. patet. Qvicquid vero ejus rei sit, certè locus Zach. 6. 12. & Es. 11. i. illud non infert, nec propterea quoad Matth. 2. 23. hanc expositionem exigit. Unde partim pia, partim etiam erudita ista hæc esse cogitata & observata facile concedam; quomodo autem Iudeo vehementer se nobis opponenti, aliisque similis farina hominibus omni studio in perfectionem & veracitatem Novifœderis destruendam incumbentiibus os obturari sic possit, nondum imbecillitas ingenii mei colligit.

D

s. 19.

§. 19. At dicis voces, Nazareus. κατὰ ἡγεμονίαν, non esse κατὰ ἥγιον  
quærendas in V. Tto, sed κατὰ Διάβολον, unde ita possint verti: ut  
impleretur dictum per Prophetas, quod esset vel sit Nazareus vocandus, sufficere ergo si aliquando, & quocunque modo dicatur Nazareus. Verum facilis est hic quocunque responsio, vocem scilicet hanc, quæ propriè non significat, nisi Nazarenum hominem ē Nazaret quoquo tandem modo oriundum, non in V. Tto. & in specie neque in Iesaiā, neque in Jeremia, neque in Zacharia, neque alibi, atque iterum neque κατὰ ἥγιον, neq; κατὰ Διάβολον ullibi reperiri. Quod si enim κατὰ ἥγιον ad foret per hanc de צ in נצָר sententiam, sine dubio saltem occurrere ullibi debebat nomen נצָר vel נצָרִי: sin κατὰ Διάβολον, oportebat aliquam esse periphrasis e. gr. איש מנצָר vel ירוֹצָא מנצח א. Qvod si autem sic velis ludere per Διάβολον, ut si ego te rogitem, ubi scriptum sit: Nazareus. κατὰ ἡγεμονίαν? tu mihi dicas. Es. II. 1. ubi hebraicè נצָר. i. e. surculus, & Zach. 3. 8. ubi נטַע, i. e. germen Christus appellatur: facile tibi quicquid velim, dum æqualem, vel etiam eandem adhibere velis fidem, licet absurdissimum persuaderem. Sic certè demonstrabo per Prophetas scriptum esse Christum debuisse etiam Solymæum, i. e. Hierosolymitanum dici. Petis rationem? Christus in Canticō Canticorum appellatur شلمת, & ut alium tibi Prophetam addam, apud Etiam vocatur cap. IX. 5. שרש לום & præterea Moses quoq; Genes. XIV. 18. figuratè eum repræsentat ceu שלם מ. Quid? ut alia etiam voce utar, dicam Christum propriè esse יריה, quo nomine 1. Samuel. 12. v. 25. proxime Salomon, at figuratè, licet verissime & excellentissimè Filius Dei significatur. Qualis hæc foret Logica?

§. 20. Addo, quod nec in genere Prophetarum quisquam de Nazaret urbe, s. conceptioni, s. educationi Christi destinata, quidquam prædixerit, unde pius est piorum animorum lusus, cum & educationem, & multo magis etiam conceptionem F. D. in urbe Nazaret faciendam ē Jes. II. 1. petunt, & probare annituntur. Et quamvis Junius existimet, conveniens fuisse, ut Bethlehem, ita Nazareten quoque, saltim obscure, ut multa alia, & enigmaticè appellari in V. Tto. id tamen plane non video ita conveniens fuisse. Ita nec Capernaum locus habitationis, nec Chorazin, aut Bethsaida, oppida sepe visitata, & miraculis illustrata, nec Cana primo signo maximè

mē insignis , nec Bethania Lazari , nec Nai ♂ alterius juvenis re  
fuscitatione , inclytissima loca in V. Itō ad hunc finem præsignifica-  
ta sunt . Nam Bethlehami prædictio uti fuit meræ gratiæ divinæ ,  
ita majoris fuit & notabilioris characteris , cum ali & educari  
qvis possit in pluribus , nasci tantum in uno loco ; itemque concipi  
in aliquo loco sit dubium , nasci autem manifestum : unde locus  
nativitatis signum potuit esse characteristicum , cætera loca non item.

S. 21. Forsan excipies extremam tamen esse necessitatem , qvæ cogat  
ut hæc verba alicubi qværamus in Prophetis , donec ea inveniamus ,  
qvia expresse dicatur à Matthæo , esse hoc dictum per Prophetas  
οὐ Ναζωραῖον λαθόντα . Dices forsan immediatè esse allegandum  
Zach. 6. 12. ubi Christus olim nascendus dicatur , & dici jubeatur  
חַמְרָשׁ מִצְמָה , qvod commode possit vertis *Germen* , *Germinans*  
(sc. erit) *nomen ejus* , atqve ita planè conveniat cum his Matthæi :  
Ναζωραῖον λαθόντα . qvod non tantum rectè vertatur *Naza-*  
*renus* vel *Nazareus* *vocabitur* ab urbe Nazaret , sed æqvè etiam rectè ,  
*vocabitur Germen* , *germinans* , *surculus* : cum vox ρύν utrumqve ,  
& oppidum & surculum significet , unde translatum in græcam lin-  
guam adjectivum hebrææ hujus originis utrumqve simul significa-  
re queat , & germinantem , seu *surculum* , & ortum ex urbe Naza-  
ret . Ad hunc deinde locum Zachariæ adjungi posset commode tum  
Jeremias , tum Jesaias , & hic qvidem in utraqve voce חַמְרָשׁ itemq;  
מִצְמָה , cum apud Matthæum id dicatur scriptum esse per Prophetas .  
Atq; hoc ita fieri debere necessario , nisi fidé Matthæi velimus deserere .  
Verum respondemus , (1.) voces Zachariæ ex horum interpretum sen-  
tentia nondum probare , qvod probare debebant , apud Matthæū enim  
non qværi , an sit appellandus *germinans* , sed dici , qvod sic appellan-  
dus *Nazareus* ab urbe . (2.) Eiusmodi sensus duplex in uno utri-  
usqve loci commate locum non potest obtinere , nisi fallacem veli-  
mus Matthæum & Zachariam dicere . Cum ergo sensus sit de *Na-*  
*zareno* apud Matthæum naturalis , alter de *Germinante* exsulare de-  
bet ; & vice versa cum apud Zachariam sensus de *germine* sit na-  
turalis , alter de *Patria* omitti debet . (3.) Respectus apud Matthæ-  
um indubius est inter voces *Nazareth* & *Nazarenus* : quid ergo huic  
loco commercii voce cum חַמְרָשׁ . Qvod si forsan alicubi scriptum sic  
legeretur נִצְרָשׁ מִצְמָה proprietor daretur ad credulitatem accessus , (4)  
Nec חַמְרָשׁ , nec etiam חַמְרָשׁ , cum Ναζωραῖον ita convenient , cum hoc  
adjecti-

adjectivum & gentile nomen sit, atque illis substantivis, plane appellativis, in significatione ista non æquale (5.) Nec probari ullo pacto potest, ullibi נָצָר pro germinante usurpari. (6.) Necessitatem illum, opinionis tantu esse, & removeri facile posse, deinceps ostendetur.

§. 22. Requirit ejusdem vocis נָצָר eadem origo, ut subnectamus sententiam illorum, qui respiciunt ad participium נָצַר. Hic lubentius Dn. D. Calovii verbis utar, quam meis. Sic autem ille: sunt, qui respici velint nomen נָצָר, quod Deo tributum Servatorem significat. Job. 7, 20. Prov. 24, 12, siquidem per Prophetas passim predi-  
cium fuerit, Christum servatorem nostrum esse: quam sententiam adduit  
G. B. Gerhardus l. c. (Comm. in Matth. p. 138.) Et in primis ea placuit Socino  
lect. sacr. p. 47. et si eam apud neminem se invenisse profiteatur; hucusque  
B. Calovius l. c. Eodem non sine quoddam suo applausu respicere vi-  
detur Dn. Rotsacc. Moral. Ged. pag. 693. adv. Nazarenus & Nazare-  
ret, cum utrumque Nezer, tum per γ, tum per τ ad Christum appli-  
cuisset, haec addens: Quid? quod G. Joseph fratribus suos liberans a fame  
& conservans in Aegypto Nazarens vocatur Gen. 49. 26. Deut. 33. 16. Ecce!  
major Iosepho Christus est, liberator fratrum suorum, suorumque fe-  
delium maxime, sed & omnium hominum conservator. In quibus id ne-  
gligere non possumus, videri Rotsaccum iterum commisuisse τὸ γ,  
quod in cit. locis observari debet, & Naziræum significat, cum τὸ γ,  
quod est in voce γ, quo servans, & conservans designatur, ac deinceps liberator significari potest. Commodius loquitur Fr. Spanh.  
l. c. §. 5. Naziræos primo ab effectis salvatores constituens, atque ita  
deinceps analogiam in effecto inter Naziræos priscos, & Christum  
quærens, siquidem ita scribit: An absurdum, illos typos Messia constitui,  
qui fuere צְנַחֲרֵי liberatores suorum, quales fuere Josephus & Sam-  
son? an non Messiam exspectant qui sit צְנַחֲרֵי liberator? annon libera-  
tiones externæ, & corporales preludia erant, & velut lessere redemtionis po-  
tioris? Verum quamvis satis recte Christus נָצָר dici possit, tamen  
h. l. id non quadrat. Ut pauçissimis expediar, 1. verba nulla in V.  
Tto æqualia comparent Matthæanis 1. significatio τὸ γ נָצָר ad mate-  
riam Matthæi nihil spectat. 3. Duplicem sensum non admitten-  
dum judico, & 5. nulla vox, neq; Nazoræi, neq; Nazaræi, neque ul-  
la talis convenit cum Nozer, nisi illud nomen, quo Judæi Jesum  
appellant נָצָר, quibus hic alsurgendum, præsertim contra deriva-  
tionis veritatem, plane non duco.

SEG-

## SEGMENTUM SECUNDUM.

§. 23. Pluribus expositam hactenus sententiam, autoritate gravissimorum Interpretum stipatam, ex ipsis Patronorum scriptis communis legentium pensitationi subjici: nunc ad aliam accedo, quae non minus speciosa, nec autoritate minore suffulta, ita firmis ex multorum fiducia inniti videtur talis ut Matthæi difficultatem cum infidelibus, cum haereticis, cum ipsis etiam orthodoxis clariorem reddi, & ceteris opinionibus susque deinceps habitis, ejus ope enodari posse credant. Ad eam ergo pro laborgravissimarum quæstionum hoc cap. §. 2. allatarum solutionem, quæ Viri multi φιλολογῶν perfectiorem non esse contendunt, dum dictæ enunciationis Matthæanæ explanationem suspendunt à consideratione τῶν Ναζίρων. Erant autem Naziræi personæ, quas Religio Judaica habuit, extraordinariae, Deo sacræ, ad certam & singularē vitæ rationem obstrictæ, vel ex imperio specialiore divino, vel ex oblatione votiva à parentibus facta, vel ex proprio voto, quo Deo erant consecratae, idq; vel ad tempus, vel perpetuo, ut eo comodius & diligentius rebus divinis vacare possent. Præceptum, quod modum ceremoniasque Naziræatus ipsis præscribit, legitur. Numeror C. VI. v. 2. seqq. Conf. B. Gebh. Theod. Meieri Historiam Religionum c. 4. §. 45. Hos dum respiciunt Naziræos legales, alii quidem sibi persuadent, nomen Ναζίρων apud Matthæum, indicare Christum tanquam τῶν Ττι. Ναζίρων antitypum, & illos ipsos Naziræos antitypum in hoc Ναζίρων nomine agnoscendum præsignificasse: atq; hi ita typum in V. Ttoqværunt urgentq; sensum mysticum; alii contra, omisso sermone de tipo, solum sensum accusativum ex allusione quædam sufficere arbitrantur. Igitur ex diversis principiis suam pars utraqve, si non communem, certe ex eadem voce ortam, defendere satagit sententiam. Quod accedit, quod alii ad unum, alii ad plures, alii ad omnes V. Tti Naziræos recurrent, eosque ad Jesum nostrum applicent:

§. 24. Primo autem loco eos sisto, qui animatum ad Simsonem ex tribu Dan oriundum, V. Tti Naziræum celebratissimum attendunt, ejusq; Naziræatum singularem sive mystice s. allusive à Matthæo, cumque dirigente Spiritu S., esse intellectum censent. Ita enim cum verbis יְהוָה נָתַר יְהוָה נָתַר Judic. c. xiii. v. 5. sermonem Matthæi, qui convenire quæ proxime videtur, plurimi conferunt

ferunt, ut dicant, Simsonem non tam sua causa, quam in typum ejus,  
qui heros est melioris testamenti optimus, Messiam dico appellari; Christum autem Deo præfiniente Nazaretam ab soluto  
itinere Ægyptiaco esse ingressum, ut, cum esset ille, cuius figuram  
Simson gesserat, idem nomen, ob futuram hujus verissimi Nasir  
apropinquationem typo olim injectum, ipse nunc obtineret, &  
potiore jure vocaretur. Arrisit hoc vetusioris cujus-  
dam versionis Gallicæ consectoribus, in margine adjacentibus, Nombr.  
VI.b. & Jug. XIII.b. & è priori quidem loco hoc probaturis, Simsonem  
posteriori loco citatum, Naziræorum legibus, voto perpetuo fuisse  
obstrictū. Idem adeo placuit B Friedliebi, ut nibil certius reputaret, quā  
quod de Simione, qui egregius Christi typus in multis quoque cæ-  
teris fuerit, ex Jud. XIII. v. 15. protulerat. Vid. Observat. iu Harmon.  
Evangel. p. 14. uti & Lucæ Osiandro, cujus sunt in hunc locum  
seqventia: *haec quidem verba non iisdem literis in aliquo Prophetarum leguntur, sed tamen in libro Iudicium de Simone scriptum est: erit puer Sc. Jud. XIII.* & paulo post: *ut igitur Johannes Evangelista recte ad Christum accommodavit haec verba: os non communuetis ex eo, Job. XLIX. quæ verba de agno Paschali (qui erat Christi typus) scripta sunt, ita etiam recte verba illa de Simone dicta ad Christum accommodantur, quod Simson typus Christi fuerit* Vid. l.c. Communem hanc Genevensium Theologorum fu-  
sse opinionem, credo colligi posse ex verbis à Tossano, quibus ipse  
huic ceu verosimiliori assentitur cap: IX. lib. I. de Consensi. Evan-  
gelist. Volum. I. Operum Theolog. & prelectionibus in Matthai v. 23. Cap. II.  
Nec aliud nisi Simsonis Naziræatum huc applicat Beza certissimum  
esse dicens, apud Evangelistas Ναζωραιον & Ναζωρον esse gentile  
nomen à Nazareth civitate deductum, quod cum nusquam in Scriptura S.  
V. Tti inveniatur, necesse esse locum ex Prophetis citatum per allusio-  
nem intelligere, ut videlicet Jesus à Judeis vocatus fuerit Nazareus quo-  
dam s. Nazarenus, Nazarensis ortus, sed verè fuerit Nazareus, cuius ty-  
pus fuerit Simson, et si non voto, tamen perfectissima sanctitate. Vide  
Notas in h.l.

(2) ad Josephum S. 25. Sententiam hanc jure excipit aliorum assertum, in  
S Simsonem plurium Naziræatum Christo respondentem, eiq; applicandum  
collimans. Parshorum potissimum ad Josephum & Simsonem pro-  
spectat, eosq; | ceu memorabiliori separatione celeberrimos obscure  
præ-

præsignificasse Messiam nostrum, & propterea ab Evangelista tacitè inducitos esse , ajunt. Utriusque horum Naziræatum maximè inclinuisse. V. T. i. temporibus apud omnes in confessio est, qvibus scriptura diligenti versatur manu. Sive enim Josephum attendas, expressis verbis eumita vocari, ostendunt Genes. c. 49. v. 16. & Deut. 33. v. 16 qvibus נזיר ארון præ omnibus aliis Jacobi posteris dicitur Josephus De Simione autem res clara jam est. §. præced. Inter fautores hujus sententia refero Rudolphum Gualterum. Huic junge Balduinum Walaum, Fridericum Spanhemium, qui sibi typum in Josepho & Simione nominatis נזירים placere ait, atqve illud nomen Christum etiam debuisse gerere, ceu illorum antitypum ; qvod cum non fieri debet per Naziræatum ceremoniale, fieri debuisse per locum educationis , idqve non tam ex metu Josephi , qvam solo DEI consilio. Part. II. Dub. Evangel. XCIII. p. 617. Multos alios huic sententia faventes citat. Galov. l.c.

S. 26. Nec abs re eriteos produci, qvi tres in V. T. i. scriptis (3) ad Josephus memoratos Nazaræos allegant, & duobus illis tertium adjiciunt, nec minus per suam, à communi hominum consortio, separationem satis illustrem, Samuelem, vid. I. Samuel c. 1. v. 11. & v. 28. Conf. Galov. hanc eandem proponens sententiam l. c. Qvam in rem sisto Ludovicum Woltzogenium hominem alias scandinavianum, qvi propter multa peculiaria , quæ in Nazaræis his apparuerunt, eosdem merito pro Christotypis & figuris reputandos esse, existimat. Sunt hæc ejus verba in animadversionibus in h.l. In omnibus istis (Josepho, Simione, & Samuele) peculiare quippano apparuit, cujus gratia merito pro Christi typo ac figura reputandi sunt. Etenim omnibus id commune fuit, quod in ipsorum nativitate miraculi quippiam ac natura cursum excedens evenerit, dum omnes è sterilibus matribus & non sine singulari gratia & providentia Dei nati sunt ; omnes etiam à Deo peculiaribus Spiritus S. donis repletæ fuerunt. Josephus divina somniabat somnia, quin & donum interpretandi somnia babebat, ut perspicitur ex Genes. c. 37. 5. c. 40. 18. Samuel fuit insignis Propheta & sacerdos coram Deo. Samson instructus fuit spiritu roboris & fortitudinis super alios omnes, de quibus ultra exiat in Sacris memoria; ut raceam alia doma, quibus tres isti supra omnes sui similes exaltati sunt. Hi omnes Deodicti & devoti fuerunt, peculiarique modo ab aliis segregati. Unde quoque

quoque Nazarei ( i. e. segregati seu separati ) dicti sunt. Quia in re Christo similes fuerunt, ac figuram ejus gesserunt. Dum Ergo Mattheus b. l. ait, per prophetas dictum esse, ipsum Nazareum vocatum iri, intelligendum est, scripturam eatenus de eo teſſari. Gloqui, quatenus in eo exempla talium Nazariorum ac sanctificatorum, qui figura ac typus Christi fuerunt, proposita sunt. Ut adeo sensus verborum Matthei sit, quod in Christo id, quod in Scripturis Sanctis de Nazareis atq[ue] sanctificatis Domino legitur, perfecte impletum sit, quodq[ue] sit rem Deus singulari ratione direxerit, ut Iosephus & Maria post suum ex Egypto redditum Nazareth abibarent, quo Christus ab illo loco nomen obtineret, per quod ejus perfecta sanctificatio, votumq[ue], quo se pro nostra salute devovit, indicaretur, adeoq[ue] re ipsa nomen à Nazareth haberet. Qvodnam autem illud sicut votum, statim ab initio sermonis, quo hanc suam mentem aperit, declarat, probans ibi sententiam Grotii, seq. §. 28. adducendam.

*Vel ad Nazareos in genere.*  
§. 27. Nolim dicere, omnes eos, à quibus unus, duo, vel tres Naziræi hac in causa compellati sunt, exclusive id fecisse, cum unius positio non sit alterius exclusio : censeo tamen illos non esse prætereundos, qui in genere ad omnes V. Tti. Naziræos, sc. nativos, sc. votivos, sc. etiam ex alia quavis ratione tales, Matthæi intentionem esse referendam, expresso sermone dicunt, & ut evincant, non contemnendo contendunt nisi : in quibus est Dn. Hillerus longe etiam ulterius progrediens. Hujus sententiæ patronos, ut vocat, producit Fr. Spanh. P. II. D. E. 93. §. 28. Omnes autem hoc habent commune, ut, quemadmodum ipsi cunctos Naziræos, tum à vulgari hominum sorte segregatos, tum à communis Judæorum etiam conditione separatos, peculiarem coram Deo, vel ex voto, vel ex alia separatione, respectum habuisse præunte scriptura sacra afferunt, ita Christum quoque, licet ratione longè perfectiori, quam ullus unquam fuerit sub lege, atque eminentiori modo Nazareum fuisse, dicant, qui se non quidem appellari jussent, aut per votum ceremoniali legi conforme Naziræatui externo subjecerit, à vino abstinuerit, comamve aluerit, ceu injunctum id fuisse legalibus V. Tti. Nazaræis & cap. 6. Numer. vs. 2. seqq. constat, sed modo & ritu longè nobiliori se separatum à reliquis, & Deo sacrum stiterit.

§. 28. Sunt autem in his, qui contendunt, quod specialiter sic dictus, quia se Deo separatissimum ad ignominiosissimæ mortis

mortis patientiam devoverit, atque ita quidem voto sanctissimo ob. ob ignomi-  
strinxerit, ut non sua, qui separatus a peccatoribus erat, sed nostra niose mortis  
causa acerrimum hocce passionis & mortis votum sibi induixerit.  
Atque hoc quidem ~~re~~ p̄nū in scriptura Vetus illud Fœdus continent  
non existere concedunt, cum nullib[us] in V. Tto. inveniri videant  
for ניש dictum Nazaræos; attamen per consequentiam id inde  
deducere allaborant, quemadmodum & Evangelistam non verba  
prophetarum recitare, sed ad sententiam, in Prophetis traditam, re-  
spicere annotant. Quo inclinare videmus Grotium, cuius in no-  
tis ad h[abitu]l. h[abitu]e sunt verba: In V. Fœdere eos, qui supra communia legis  
prescripta peculiari cvidam fandimonia Deo non res suas, sed semet  
ipso dedicarent, Nazaræos vocari; id autem in Christo eminent-  
ter impletum, ut qui non vini abstinentie aliispe id genus ceremoniis,  
sed morti cruenta atque ignominiose se ultro devoverit. Eoq; respicere  
autumat Christi verba Joh. XVII. v. 19. in precibus ad Patrem pro  
salute suorum directis, ita inquit: οὐτε εἰς αὐλαὶ σὺν ἀγάλη  
ἔμωτε, ἵνα οὐ τοι ὁσιος γένεσις αληθία.

§. 29. Conjugit cum his idem Grotius cap. X. Epistolæ propter san-  
ctitatem  
ad Hebreos v. 5. - 10. in cuius 10. versu ii, qui Christo ejusque san-  
ctissimæ disciplinæ nomen dederunt, ιησος μένος, sanctificati, & cir-  
ca istud temporis etiam Nazarei Actor c. 24. v. 5. appellati sint  
Conf. unde τὸ ζεῦς & Ναζερεῖος cum τῷ αἰώνῳ compiliat.  
Tert. IV. §. 8. adversus Marcionem. Sicut vero satis multi cum  
Grotio quo ad sensum & per consequentiam τὸ ζεῦς cum voce  
coincidere volunt, ita & exinde Christum Ναζερεῖον vocatum esse  
concludunt, ut sic illæ literæ propheticæ, quæ Sanctum præ ceteris  
omnibus Messiam nominarunt, in hoc etiam nomine impleren-  
tur, & sanctitatem postea sic appellandi commendarent. Qua ratio-  
ne τὸ ζεῦς appellativè sumptum per vocem ζεῦς & huic similes à  
LXX. redditum, explicat. Vid. Spanhem. Dub. Evang. XCIII. §. 9.  
Pro hac sententia stantem etiam Hieronymum adducit Barradas l. c.  
qui illum, quāvis nos eundem superius allatae de ζεῦς sententiæ  
suum calculum addidisse, asseruerimus, inter eos tamen hic vult ponî  
Autores, qui Matthæi scopum esse, ut omnes Christo applicet Na-  
zaræos, defendunt. Suam enim in Commentar. ad Ies. c. XI. v. i. & Epist.  
ad Pammach. apertam mentem in notis adhunc locum additis cor-  
rexit, & allegatum illud Propheticum, Ναζερεῖος κληθήσεται, non ex  
uno quodam Propheta, sed ex eo potius petendum ibidem notat  
quod

quod omnes Prophetæ prædixerint, Dominum fore sanctum, Deoque, cui Nazarei, consecratum. Correctionem hanc sententiae Hieronymi significavit summè Reverendus Facultatis Theologicæ & Academiacæ hujus Senior D. Habichhorst. in Decad. III. Istaianarum Differe loc. IX. ad Cap. XI. Jes. v. 1. & jam dictus Barradius. c. nec non Calvius l. c. qui simul adducit autoritatem Theophylacti, qui ita ad h. l. scripsiterit: Σημεῖον τὸ Ναζαρέτιον ἡγιασμένον. — Ἀλλοτροπία τοῦ Ιωάννου περὶ Φιλίου καλεῖται ἐκ Κύρου. Eusebium Cæsariensem (sive ut se ipsum appellat, Eusebium Pamphili, ducto nomine hoc à Præceptore sibi maxime caro,) pro hac sententia afferentem verba hæc lib. 7. Cap. 1. Demonstrat. Evangel. Cum Christus suæ naturæ & revera Nazareus esset, i. e. sanctus, intactus, segregatus, oportuisse illum bac appellatione vocari, & obtinuisse banc appellationem à loco Nazareto, adducit Barrad. l. c. ibidem etiam Leonem Castrum τὸ Ναζαρέτιον eadem ratione ac Hebraum Nezir per ducentem citans. Non contradixit vero aut his aut sibi ipsi Grotius in verbis thesi præcedente allatis, licet ibi specialiorē illam consecrationē mente simul conceperit. Erasmus fere evaserat Roterodamus, qui non dissentire videtur, sed: Observamus, inquit, נזיר Hebrews sanctum & consecratum dicitur juxta LXX, & Christum non in uno loco, sed passim sanctum dici, quando scriptum de illo est: cum venerit sanctus sanctorum, cessabit undio vestra. Propterea & Symmachum separatum vertisse notat, Vid. ejus notas in b. l. tom. VI. Criticor. Ubi Zegeri additamenta in h. l. simul conspicuatur, vocem Nazareus per Sanctus interpretati, quod cognomen hoc passim Melchia tribui in arcana literis, atq; ob id in genere dictum: per Prophetas, perswasus esset. Nec delunt, qui velipso dæmonas hanc Christi sanctitatem in Nominе Ναζωραῖος agnitam reveritos esse existimant: præsertim cum observent ē Marc. I, 24. dictum dæmoniacum citari, in quo primum Christus appelletur Ναζωραῖος & confessim deinceps οὐαὶ θεῶς. Quæ tamen observatio ex duabus dictionibus unam appellationis significacionem confidere non potest.

S. 30. Præterire non possum, dum varias τό ad Christum, à Mattheo Ναζωρεῖον vocatum, applicandi rationes hic explicō, ingeniosissimam Viri alicujus celeberrimi sententiam, eamq; ex MSto, cuius rei veniam spero, afferendam. De qualibens confiteor, si ad voculam נזיר oculi judice SpirituS, forent conjiciendi,

endi, qvod maximopere conveniens cum illa circumstantiarum series  
videatur; qvippe cum Matthæus ad hanc materiam neq; singularis  
eiusdam voti, neq; sanctitatis, neq; dignitatis, sed exclusionis ē Judea propter sepr.  
patria, fugaq; durissime, & questarum latebrarum faciat mentionem. rationem ē  
Hinc propter memorabilem ē Judea segregationem Christum an-  
titypum Naziræorum in V. Tto factum & Nas̄egiō dictum esse sta-  
uit. Verba ipsa sunt hæc: Impletio à Mattheo laudata respicit typum  
Symbolum Naziræorum in V. Tto. sicut enim Nas̄reas olim erat separa-  
tus, segregatus in multis rebus à communī usū, & hominum consortio, ut ex  
propter S. Josephus diceretur Nas̄r à fratribus venditus, exclusus, se-  
gregatus: Ita id revera in Jesu impletum vel factum; ut, propter crudeli-  
tatem Archelai excluderetur à Judea ac fugere teneatur in remotorem  
Galileam, adeoque esset vere Nas̄r, segregatus futurus. Matthæus  
igitur dicit, eodem modo, ut Simson, sic & Iesum factum נזֶר segre-  
gatum. Quod autem vox Nas̄rei aliter scribatur, quam Nazarenī  
nihil impedit, cum hac levis allusio in vocibus quæstia à Judæis ubique  
captareetur. Pro more igitur Judeorum Matthæus exclusionem Christi ex  
Judea deploratus ac depidurus ominosum dicit hoc fuisse, quod Na-  
zarenum à Josepho fuisse ductus, cum nomen Nazarenī sono vocis affini  
fata argueret Iesu iniquiora, exclusionem nempe ejus ē Judea, quæ fuisse  
Nas̄reas exclusus.

S. 30. Conveniunt huic sententiaz magnam partem ea, qvæ  
habet Doctor ille amplissimi, cum inter Anglos, tum inter exte-  
ros, nominis Lightfootus, qvi qvamvis hic etiam alia sentiat, inferi-  
us memoranda, in eo tamen consentit, qvod Matthæus  
de humili & vili Salvatoris externa conditione intelligi possit,  
qvodqve per vocem Nas̄egi. (1) Evangelista separationem ejus in-  
nuat, atqve alienationem ab aliis hominibus, ho minis veluti despi-  
cibilis atqve societate hominum indigni. Id ut probet, vult (1)  
observari, Evangelistam non unum aliquem ē Prophetis citare, sed  
omnes; jam vèrō omnes prophetæ ferè vilem Christi & abjectam  
conditionem prædicant, nullus ortum ē Nazareth. (2.) Davidem  
in persona ejus sic termocinari לְנִיר Psalm. LXII. 9.  
(3) Vocem Nas̄egi. juxta plurimorum derivationem אָנֵר deductible  
denotare non tantum separationem Deo dicatam, qualis  
erat Nazaræorum; sed separationem etiam hominis, quasi indigni,  
Ez. ab

propter Eile  
& abjectam  
Christi forma

ab hominibus Genes. 49. 26. His præmissis ita verba Evangelistæ  
marcæ Φαραζει: secessurus erat Iosephus cum Christo ad Beadlebemum civita-  
tem Davidis, aut ad Hierosolymas civitatem regalem, nisi terror Archelai  
prohibuisset. Indice ergo Angelo in Galileam amandatur, regionem con-  
temptissimam; inque urbem Nazaretham, locum viliissimum, unde ex ipso isto loco,  
totique nomine, ad apicem illud observes adimplerum, quod à Pro-  
phetis toties prædicitur, Messiam, fore Nazor alienum, vel separatum ab  
hominibus, a si vilem nimium, & societate eorum non dignum. Vid. Hor.  
Hebr. § Talm. in Matth. c. II. v. 23.

§. 32. Sine mora ad modestè examinandas hasce theles me  
demitterem, nisi putarem qvam convenientissime hic prius apponi  
nonnulla, prioribus maxime opposita. Etenim Interpretum non-  
nulli, omissa separatione ignominiosa, & abjecta fortuna illustria  
qvæque meditantur, & præter sanctitatem, in dignitatem Jesu  
Nazreni animum oculosque convertunt. De quibus Spanhemius,  
qui & Nasiræum exponit per ἵστοριαν πέρος, coronatum, l.c.D.E  
XGIII. §. 3. sic scribit: velle sententia bujus patronos, allusum fuisse à Mattheo  
etiam ad omnes, qui ob dignitatem peculiarem, i. ecclasticam, s. politicam,  
censebantur velut Naziræi, ut Pontifex summus, & Reges, qui ob munus  
suum à vulgo videbantur secreti: sic coronam sanctificationis, que in ca-  
pite summi Pontificis erat, vocatam fuisse נזר Exodus. c. 19. vi. 6., C. 39. vi.  
30., oleum item unctionis summi Pontificis Levit. 21. 12, sic diadema regium po-  
nari בְּצָר 2. Sam. I. 10., Ps. 89. v. 40. merito vero hæc referri ad Christum à  
Mattheo, quippe qui fuerit & verus Nazareus, & verus Pontifex, & verus  
Rex, Psalm. 2. 6. Ps. 110. 4. A qva sententia forte alienus non est supra jam  
laudatus Hillerus. Svavia certè sunt illa maximè, qvæ affert in Dis-  
sertatione de Genuina Versione Vocum in Dominica cruxis elogio  
N.R. 7. Cap. 2. p. 21. seqq. Vult scilicet ille, qvamvis respectum ad Na-  
siræos in generenon excludat, à corona primitivum ejus (sc. vocis  
Nazreni) appellari נזר Nazaret, quippe feminimum esse ex ma-  
sculino absoluto נזר qvod ejusdem significationis, ejusdemque the-  
matis cum נזר, i. e. diadema vel corona, ut nimirum נזיר אונזיר נז-  
ריאס habeantur עץ & עץ, qvæ dolorē, פין & פין qvæ robur,  
qvæ alienationem notent. Deinceps coronarum f. נזר

נזר

■ In sacris paginis varia fuisse genera obseruat: esse enim sic appellatum votivum Naziræorum criterium Num. VI. v. 19. diadema regium Ps. 89. v. 14. &c. coronam sanctitatis in capite summi Pontificis Exod. 20. 6. oleum unctionis Levit. 21. 12. quibus addit etiam ceu synonymum, & ab eadem radice descendens נְגִזָּה ut in area foederis Exod. 25. 4. in mensa panum faciei Exod. 25. 25. in thymiaterio Ex. 37, ac tandem ille Nezer i.e. coronam, ex Heidmanni Palestinae c. 9. civitatem eam appellat, quæ Galilææ montem cinxerat, Deiparæ Virginis domicilium, Nazaret. Hinc patet, Dominum Hillerum non quidese ad נְגִזָּה unde proximè vox נְגַזֵּגָה descendat, recipere, verum ad aliam vocem, isti & ratione derivationis & ratione significationis magis, ut censem, affinem, nempe נְגִזָּה præcipueq; ad vocis ejus synonyma נְגִזָּה, נְגִזָּה & נְגִזָּה, siquidem à נְגִזָּה formæ נְגִזָּה per formam נְגִזָּה & à נְגִזָּה ad exemplum נְגִזָּה נְגִזָּה performam נְגִזָּה exculum esse autumat, exhibitis etiam pereruditis, & ad rem proximè accedentibus observationibus. Putat igitur נְגִזָּה, נְגִזָּה & נְגִזָּה idem significare, mutata tantum forma, nimurum coronam, varie, ut supra ostensum, intelligendam. Unde tandem concludit, nullum in his memoratis coronamen & insignibus fuisse, quod nondivina ordinatione ad Christum Dominum gloria & maiestate coronatum pertineat, ut adeo non sit, quod miremur, si caput ejus pluribus redimicium coronis describatur Apoc. 9.; debitam enim ipsi esse coronam sanctimoniam, coronam Naziræorum, coronam regalem ex nativitate per originem, coronam ex promissio Davidis throno ipsi propriam coronam ob devictos hostes, coronam sacerdotii, coronam divinitatis, à quo nos etiam coronam justitia, vite, & gloria praestolemar.

S. 33. Egregiam nobis præterea hic offert occasionem propter idem Dn. Hiller usperveniendi in quorum dā, cogitata quod Christus nativitatem Naziræus, seu ex Matthæo נְגִזָּה dici possit, propter responsum ad quosdam Naziræos V. Tti, quorum nativitas aliquid habuerit peculiare & valde eximum. Ipse quidem l. c. cum dixisset, Christum esse sanctum sanctorum, sine labe, & à peccatoribus separatum, Simsonis & Naziræorum veterum unum antitypum Hebr. 7. 26. statim adjungit, ipsum etiam propter novum & peculiarem conceptionis modum regalem gerere coronam, natum ex Virgine, in qua nec fecunditas Virginitatem tolleret nec Virginitas impediret

E,

fœcun

fœcunditatem. Quibus in vētib⁹ magis etiam consentientem habet  
supracitatum Woltzogenium, ex fidei professione ceteroquin ab illo  
alienissimum, qvi ad h. I. Matthæi Josephum, Samsonem, & Sa-  
muelm cœutypos Christi allegans, addit, in omnibus istis pecu-  
liare quidpiam apparuisse, cuius gratia merito pro Christi typo ac  
figura fuerint reputandi. Primoq⁹ deinceps loco hæc ponit: ece-  
nim omnibus id commune fuit, quod in ipsorum nativitate miraculoſi quid-  
piam ac natura curſum exceedens evenerit, dum omnes ex sterilibus matr̄o-  
bus, & non sine singulari gratia atque providentia Dei nati sunt, & paulo  
post: ut rāceam alia dona, quibus tres iſti super omnes alios sui similes  
exaltati sunt. Hi omnes Deo dicati atque devoti fuerunt, peculiarique  
modo ab aliis segregati. Unde quoque Nazarai (i.e. segregati seu separati)  
dicati sunt: qua in re Christo similes fuerunt, ac figuram ejus gesserunt.  
Quibus id conficitur, non tamen exclusis rationibus aliis, Chri-  
ſtum iis etiam videri Næggiōr, & separatum dici posse, quia se-  
paratam ab aliis & conceptionem & nativitatem vel ex Virgine  
habuerit.

§. 34. Quibus recensitis facere non possum, quin in principes  
nunc positiones inquiram, earumq; firmitudinem, quousq; illis  
in esse ea credenda est, expiscer. Rem sane multis tricarum mo-  
lestiis involutam conspicio, at nihilominus extricandam accipio,  
certa lactatus spe, fore, ut B. L. vera ē dubiis extrahendi aviditatem  
in scribente agnoscat, & si forte autorem, vera exquirentem, per ar-  
dua ferri videat timidiusculam, hominum fere omnium, quanto ex-  
cusatiſ juvēnum, id esse consideret, qvippe qui ut ab errore, ita & ab  
hæſitatione non immunes recte, suoq; jure creduntur. Quare nec ego  
meliora (si quid ipſe errasse deinceps verè moneor) monenti refragabor,  
sed distentis potius brachiis eundem sum amplexaturus. Mo-  
destia interim comite, qvæcunq; in his à scopo abludere jure pu-  
tari possint, exponam, & qvoad potero, qvam clarissime demon-  
strabo. Eqvidem potuisse methodum in superioribus adhibitam  
conservare, & congestis hac Sectione sententiis, argumenta pro iis  
dem proponere, sed cum partim illa jam sint addita, partim in po-  
sterioribus commodius addantur, ad propositum procedere fe-  
stino. Nolo tamen expectet B. L. specialius cujusvis asserti examen;  
qvoniā enim eo non opus esse credidi, cum facile p̄cipuis de-

bilitatis cætera prolabantur, in eo tantum vigilare volui, ut qvæ  
potiora circa theses Autorum veniant commonistranda, detegam, &  
adea statim devolvar, qvæ singulis postea a judicio minus blando  
poterunt dextre applicari; ita tamen, ut si qvid in qvapiam sententia  
singularius fuerit notandum, illud adjungere non sim intermis-  
furus. Operose igitur non desudabo in decisione hujus qvæstio-  
nis, qvonam respectu Christus commodius, aut maximè commo-  
de possit Naziræus ad V. Tri. Naziræorum typum appellari, & ad  
qvos maxime Naziræos Christus tanquam antitypus referendus sit?  
Qvoniam id mei hic instituti proprietatem est: sed in eò potius opera  
mihi insumenta esse videtur, ut eruam: an Matthæus deporta-  
tionem Christi in Galilæa oppidum, Nazaretem, à Josepho factam  
describens, inque eo negocio allegans, qvod dictum erat per pro-  
phetas, & subiungens hæc verba: οὐ Ναζαρεῖος «ληστός», respe-  
xerit immediate ad Naziræos V.T. & qvam maxime ad locum Jud.  
XIII, 5.7. & an id fecerit explicans sensum mysticum, an adhibita sola  
qvadam allusione?

S. 35. Ab initio igitur notamus, interpretamenta ab adductis  
Autoribus varie prolatæ ex altera parte hac niti hypothesis, qvod Mat-  
thæus, scriptor ille Ιησοῦς μετόποντος denominationem Servatoris nostri  
Iesu Nazareni, ex iis locis arcessendam duxerit, qvæ typum, qui  
ipsum sub Naziræatu declareret, continere debeant censi. Quemad-  
modum autem typum ex præsentia antitypi justam impletionem assu-  
mere recte supponunt, ita etiam inter typum & antitypum harmoniam  
mysticam in iis ostendere pro se qvisq; laborant, in qvibus Matthæi,  
qvam esse credunt, intentionem proxime assecuti sibi videntur.  
Nonnullos contra Autorum hoc tantum agere vidimus, ut ex alte-  
ra parte in Matthæi verbis allusionem qvandam Evangelistæ  
vel etiam Spiritus S. ad V. Scripturæ loca de Nazaræis captent. Quem  
Iusum eosq; extenderunt aliqui, ut ad ipsa Σταύρον, appellativè sumti,  
synonyma vocabula recesterint, & qvæ Messiae jam olim ratione  
sanctitatis tributa sunt prædicata, hujus loci difficultatem superaturi  
ad Nazarei nomen applicuerint. Qvæ non sine ratione, cum o-  
perose dicuntur, dicta videri primo intuitu poslunt, attamen pe-  
nitius considerata absq; sufficiente fundamine ex ScripturaS. adducto,  
proferri puto. Qvare & acti adversario, ac Christi potissimum Chri-  
stia-

stianiq; nominis hosti opposita nulla operē evanescunt ea, in qvibus  
vel maximum præsidium suis positionibus invenisse confisi sunt.

§. 26. Itaque non ausum addere calculum meum eorum sententiaz, qvi sola qvadā in allusione fundare cupiunt conciliatiōnem hujus dubii; dum enim censem à Matthæo verba illa: Ναζεροὶ γένονται ( qvæ textus ad inhabitacionem urbis citra omnem, & vel ipsorum, dubitationem, refert ) ē prophetis V. Tti. allegari, ajunt, non qvidem in V. Tto. urbis Nazaret ullam fieri mentionem, atque ita nec ullius Nazarenis verum tamen in V. Tto. aliquid legi de voce qvadā, qvæ tum sono, tum derivatione persimilis sit, sc. נזֶר, itemque de alia cognata נזָר, & esse has voces cum nomine proprio נזֶר ejusdem originis, cum descendant ab eodem themate נזֶר: per lusum igitur non incongruum, & priscis Hebræis, ac vel ipsis V. Tti. Prophetis non parum familiarem citari scripturam à Matthæo in voce נזֶר, vel cognata נזָר, & licet scriptura illa ē suo scopo, & literali sensu, vocumque & rerum serie procul remota sit ab ingenerando eo, quem Matthæus hic investiget, sensu; tamen per licentiam non injustam, imo ingeniosam, verba illa potuisse à vero suo sensu de Nasiræo, id est memorabilibus circumstantiis separato, ad alienum sensum indicandum propter aliquam convenientiam transsumi, sc. de Nazaretano, seu urbis Nazaret incola.

§. 27. Verum nihil horum esse censuerim, qvod hominum sanæ & præconceptis opinionum blandimentis vacuae mentis compotum pomereatur assensum. Resistit enim (1.) vox ὄπως finem clarissime aperiens, & (2.) adjecta vox πληρωθῆ, qvæ non lusum qvendam, sed veram impletionem designat, ac (3.) voces τὸ πῆδεν διά τῶν προφητῶν, qvæ sane indicant, prophetiam qvorundam sanctorū Vatum de Messia Galilææ ejusq; oppido cuidam destinatio eamq; in V. Tto. indubie legendam, actum temporis in Iesu Christo implendam, præcessisse. Ejusmodi lusum igitur repudiat & textus ipse Matthæanus, & integrissima sacri Codicis fides vanitati figrantorum, & blasphemis Atheorum, Naturalistarum, aliorumq; non ita temere, subjicienda qvippe cuius sincera veritas, sanctissima certitudo, & pura, ut ita dicam, castitas tales in allegandis locis allusiones non patitur. Qva in materia ad Venerandi

randi Domini Präsid. Disput. Inaug. brevitatis causa, siqvid hic de-  
sideretur amplius, lectorum remitto.

S. 38. Relicta jam ergo allusione ad sensus mystici nunc ac-  
cinger considerationem, an locum is forsan hoc in loco inveniat.  
Ubi certè tateri debeo esse inter Nasiræos V. Tti, qvocunqve mo-  
do sic dictos, Josephum, Simsonem, Samuelem, Reges, Sacerdo-  
tes, Prophetas, aliosqve, & Jesum Christum multiplicem analogi-  
am, specialiorem & generaliorem, pergregiam, amœnam ex-  
plicatu, ac partim etiam in scripturis expositam; negare nec hoc  
autem, in iis, qvæ ipsa N. Tti. scriptura expressit, typum conceden-  
dum esse, & mysticum sensum innatum, ex gr. in applicatione  
dignitatis sacerdotalis, & regiae, & prophetica ad Christum. as-  
serere & hoc non dubito, esse utique typum in Josepho, in Sim-  
sone, in Samuele, qui peregrie à prudente, pio, ac sedulo lite-  
rarum sacrarum cultorereferri possit ad antitypum suum, Christum,  
qvemadmodum id à variis variè factum est. Verum hanc tamen  
addendam esse observationem judico, sicut jucundæ analogiæ non  
statim constituunt typum & antitypum, ita qvæ situm ab huma-  
no ingenio respectum typi ad antitypum non censendum esse suffi-  
cientis in re divina auctoritatis, ac propterea sensum ejusmodi my-  
sticum rectè dici illatum. Hoc certè ingenue confiteor, in tota  
scriptura nullum esse locum, qui Nasiræos in genere, qui Josephum  
in specie, qui Simsonem, qui Samuelem typos Christi expressa vo-  
ce faciat, non qvod typi esse ac dici nullo modo possint, (qvem-  
admodum certa ratione dici merito jure & possunt, & debent,) sed  
qvod horum typorum autoritas per S. literas sibi non possit con-  
firmata. Neque vero eo me induci patior, ut hunc locum Matthæi  
isti probationi sufficere arbitrer, cum sanè contra Autoris sancti  
intentionem eum afferri credam, & circa hæc verba ipsi ita fluctuent  
Critici, Interpretesq; cœteri, ut communis omnium scrupulus hic ferè  
locus factus sit; probatio autem omni jure ex indubiis, vel ex clariori-  
bus saltem, qvam ipsum est probandum, sit petenda. Hinc profecto  
in hoc capite ne mystico qvidem sensui medelam, qvæ scrutatori an-  
xio & accurato satisfaciat, adscribere ausum: quin potius, ut bre-  
vibus multa includam, non ad Josephum, Simsonem, Samuelem,  
aliosqve qvosvis, vi verborum Matthæi refugiendum, sed nodum

F

alia

alia via solvendum esse autumo. Neverò absqve ratione, & licen-  
tius, quam fas est, ita sentire videar, in vim probandi, qva defen-  
sores utuntur, modeste inquiram.

dubitis niti-  
bus sur ratio-  
nibus.

§. 39. Inter argumenta verò, hanc ipsorum sententiam  
probandi causa proleta (1) contra eos, qui ad vocem נצָר respici  
volunt, momenti non contemendi esse videtur illud, quando  
docent maxime conformem utramque esse scriptiōnē, & נאַגְּגִיָּה, & נוֹרָה. Qvamvis autem pro litera Græcorum ζ, ubi  
origo Hebraica venit meditanda, semper i Hebræorum quærendum  
esse, omnibus exemplis N. Tti. comprobare ad oculum studeat so-  
lertissimus Hillerus, propterea que per inductionem, nullo re-  
fragante exemplo, non inconcinnē concludat, idem in hac etiam  
voce נאַגְּגִיָּה, per Hebraicum i scribenda, valere; qvamvis etiam  
contra Syri excusabilem & Hebraicā versionis ignobilem scripti-  
ōnē literā faventem, varia recte in medium proferantur, &  
confundantur omnia illa, qvæ qvovis modo in suppetias / וְעַנְיָנִים ; ea tamen non sunt adeo firma, ut veritatis studiosus absqve  
omni formidinē ullius oppositi in iis possit acquiescere, cum vei  
opposita huic sententia, וְעַנְיָנִים , non careat æque doctis de-  
fensoribus, & non plane destituta sit omnibus pro se probabilibus  
ratiociniis; contra hanc autem, de i sententiam, æquali jure haud leve,  
qvod supersit, afferri queat dubium, positum in discrimine existente  
inter vocem à Matthæo adhibitam : נאַגְּגִיָּה, & inter no-  
men hominibus singulari ratione Deo consecratis potissimum im-  
poni solitum נוֹרָה, qvod à LXX. Interpretibus (de qvorum autoritate  
cum Briano Waltono, Ludovico Capello, maximeque Bonfrerio  
jam conferendi locus non est), qvotiescunqve adhibetur, scribi-  
tur vel per נאַגְּגִיָּה, vel quandoque per נאַגְּגִיָּה, nunquam  
autem per hoc Scriptoribus N. Tti. crebro, & hic etiam Matthæo  
usurpatum. Id qvod utrumque certa ratione fieri ac non fieri pa-  
tescit, siquidem Hebræum וְעַנְיָנִים , cum eorundem וְעַנְיָנִים non ulla plane  
conveniat semita; multo facilius autem, imo consuetissime cum He-  
braico וְעַנְיָנִים , & Græco γέγονον concilietur, ex quo deinceps inter Græcos per  
quotidianam ac facilem vocalium mutationem scriptio per וְעַנְיָנִים ortum  
traxisse non queat negitari. Qvod si igitur nihilominus, conser-  
tentibus etiam ipsis his, qvipropter depugnant, Matthæo & alistan-  
ta mutatione Hebræorum וְעַנְיָנִים in Græcum וְעַנְיָנִים transferit, qvid mi-  
rum

rum, si eodem jure, vocalium admissa mutatione, literarum etiam ejusdem organi, & sive convenientia, sive mutatio allegetur? Ita, qui priori de נזר addicti sunt sententiæ, Autores dicent.

§. 40. Ast præter id, quod Pasor in Etym. Nom. Propr. & Hillerus i.e. alioq; nullum in hoc Matthæi loco, sed & agnoscunt, idem Dn. Hillerus peringenioser respondebit, uti in litera צ plane non agnoscentur sit aliquod ו, propter defectum vel ullius exempli in toto N. Tto, ita etiam ipsam hic vocalem ו in voce נזר וְ נִזְרָה non destitui ratione, quin potius eam ortum suum nancisciè voce נזר (formæ לִזְרָה) quæ conveniat cum נזר & נזר, itemque cum נזרה vel נזרה, & significare (1.) coronam, (2.) urbem Nazaretē: sicut igitur Nazarenus vel Nazeratæus regulariter נזר descendat, & Nozratæus נזרה, ita ab affini voce נזר per formam נזרו descendere Nazaræum & Nazarenū, atque ab affini alia נזר per formam נזרו Nazoræum. Quæ omnia exemplis perbellis roborare magna sedulitate contendit. Verum quid inde tandem probabitur? aliud sane nihil, nisi convenientiorem videri derivationem נזר וְ נִזְרָה & Nazaretis, sive urbem velis נזרæis, sive ad coronæ instar in montis fastigiis exstructam, נזר, quam נזר. Demus verò hoc liberaliter, licet, neq; voces נזר & נזר satis certæ fidei esse, firmiter queat probari, neque ex aliqua forma conveniente, quæ est indubia, ad formandas alias voces nullibi occurrentes tutus pateat progressus. Demus tamen hæc omnia: supereft nihilominus nunc ipsa quæstio primaria, quomodo hinc probari possit, Matthæum ad Nasiræos V. Tti. h.l. respexisse, cum nimis fallat ista consequentia, quia vox נזר וְ נִזְרָה propter perpetuum צ, cuius æquale est hoc, descendit נזר, & indubie quandam habet convenientiam cum נזר, sequitur ergo Matthæum נזר וְ נִזְרָה per scribentem c. II, 23. ad Nasiræos respexisse, & allegasse locum vel loca V. Tti illa, ubi de Nasiræis agitur.

§. 41. Neque multum fert opis, quod (2) affirmant, dari inter Nasiræos & Christum evidentissimam connexionem, & non solum harmoniam in verbis, sed etiam, ut Spanhemii sermone utar, convenientiam in re, quod evidem verissimum esse judico, & omnia relationem inter Christum & Nasiræos stabilientia etiam in Woltzogenii verbis §. 14. recensitis, veritati consentanea esse concedo, imo Christum certo respectu posse Nazaræum ratione nativitatis, & ratione consecrationis, & ratione sancti-

zatis; & ratione dignitatis, & ratione exclusionis ex terra dici, non negabo. Neque enim inglorium Messiae nostro gloriosissimo arbitror,  $\chi\sigma\tau\omega$  illi quendam ad V. Tti. Nazareos tribui, & vi hujus  $\alpha\epsilon\mu\sigma\tau\alpha$ s ipsum  $\text{Ναζωραῖον}$  appellari, cum omnia recte ac  $\text{διαθέσις}$  possint & debeant explicari. Vide hac de re non inerudita eloquentem Woltzogenium. Facile quoque patiar, ipsas jungi hic, si velis, ceteroquin rejiciendas, fabulas, ē quvarum numero illud credo profluxisse Nicēphori lib. I. c. 4. Christum habuisse cæsariem subflavam, capillosque capitū tulisse prolixores, novaculam enim in caput ejus non ascendiisse, quod allegat Barradius, an Christus Nazareus fuerit? disputans, l.c. & Epistolam Lentuli Proconsulis, Christum forma & habitu Nazariorum describentem, quam tamen utihypobolizām & πονηρός κόμματος scriptum, atque ē recente fabrica profectum recte rejicit Spanhemius D. E. XCIII. §. 4. & cordati plerique. Verum quod jam supra monitum, quomodo hæc collatio Nazariorum cum Christo verissimo omnium typorum V. Tti. antitypo in præsentili loco, Matthæi scopus dici queat, nulla collectione asseqvor. An enim propterea, quod Christum Nazareum vocare non absurdum sit, imo fortè revera detur conexio, quæ Christum & Nazareos ceu antitypum & typum conjungat, licebit ad Matthæi intentionem ē verbis plane non intelligibilem argumentari? nemo id vel mediocribus armis instructorum  $\alpha\lambda\lambda\sigma\gamma\eta\tau\omega$  confitebitur.

S. 42. Ast inquis (3.), neq; tamen ullus est Sacra Scripturae locus, unde queat allegari  $\tau\epsilon\pi\theta\tau\epsilon\tau\omega$   $\Delta\pi\tau\omega\tau\omega\phi\pi\tau\omega$ ,  $\text{Ναζωραῖος}$   $\alpha\lambda\eta\pi\tau\omega$ , nisi assumatur locus Jud. XIII. s. quicum deinde prudenter reliqua de Nasiræis loca conferri poterunt: ipsa ergo necessitas demonstrat argumento satis firmo, respectum ad Nasiræos apud Matthæum esse certò supponendum. Vocem enim  $\tau\omega\pi\tau\omega$ ,  $\pi\epsilon\pi\tau\omega$ , com mode posse exponi per  $\text{Ναζωραῖον}$ , cum nihil obstet, quo minus  $\text{Ναζωραῖος}$   $\alpha\pi\pi;$  ac  $\text{Ναζωραῖος}$  designare possit & Nazareum, seu separatum, & Nazarenum urbis incolam: præsertim cum vox  $\text{Ναζωραῖος}$  per se nunquam de quoquam alio in N. Tto: usurpetur, quam de solo Christo, tanquam summo per eminentiam omnium Nazariorum, quo ad illam lectionem semper respiciendum, cum de reliquis, ubi Nasiriorum mentio fieri debeat, circumscripti  $\tau\epsilon\pi\theta\tau\epsilon\tau\omega$  N. Tti loquantur: Vocem  $\tau\omega\pi\tau\omega$ , quæ in Graeco Matthæi non

non emittat, nulla necessitate requiri, & quod in citatis saepè ob-  
tingat, posse omitti, cum idem sit Ναζωραῖος, ubi separatum de-  
signet, vel Ναζωραῖος τὸ φένεντον τῆς φωνῆς tandem γράπω facile convenire  
eum voce κληθήσομαι, καὶ οὐδὲν αὔμαι, cū τοῦ esse rectè suæ rei imponat  
nomen, nec quisquam rectè talis, vel talis vocari possit, nisi qui talis  
revera sit. Verum facile respondebitur, quod conjecturæ modo  
frigidæ mereatur nomen, propterea Ναζωραῖος nomen soli Iesu in  
N. Tto. tribui, quod sit Nasiræorum sanctissimus, unde eo positio  
ad Nasiræatum sit excurrendum, quin potius, si per Ναζωραῖον,  
quod propriè Nazarenū significat, Nasiræus unqvā intelligitur, id ma-  
xime sit improprie. Matthæum autem voluisse per utramque vocem:  
Ναζωραῖος κληθήσομαι sumta tantum impropria significatione (licet  
hæc alias pro circumstantiis locum habere posset) indicare: Να-  
zireus erit, nimis temerè & dicetur & concedetur. Qui enim The-  
ologus, qui propriam verborum significationem, per omnia prin-  
cipia exegética, semper retinendam esse dicere debet, nisi forte  
aperta contradictio aliis scripturæ renitens locis, vel alia ingens  
necessitas id postulet, vel scriptura ipsa nos de alio sensu eligendo mo-  
neat, qui qvælo is eo commovebitur, ut credat hoc in Matthæi  
loco à propria ac genuina vocis utriusque significatione esse re-  
cedendum, & impropriam esse arripiendam? Eqvè autem absurdum  
& minus probabile dictu est, utramq; utriusq; vocis signifi-  
cationem, tum propriam, scil. Nazaretanus vocabitur, qvæ genuina  
est, tum impropriam, Deo peculiari ratione separatus & Nazireus  
erit, qvæ à scopo scribentis aliena est, nihilominus eodem hoc in  
loco valere, & sub dupli respectu, tam ad inhabitacionem & edu-  
cationem, quam ad separationem & sanctificationem facto, (id quod  
Woltzogenio perperam videtur) comprobandum esse: præsertim  
cum omnem hanc expositionem ἄντες Χριστοὺς καὶ λόγου adhiberi, &  
neq; caput neq; pedeshabere, i.e. quovis destitui argumentorū & ordi-  
ne, & pondere, facile, qvivis possit affequi, aut saltim debeat. Neq;  
enim pro sensus illus duplicate id qvidqvā evincit, quod velis singu-  
lare providentia divinæ signum hic ponere, qvæ in eodem vo-  
cabulo Ναζωραῖος id concesserit, quod per nudam ab urbe deri-  
vationem naturale, per Iudæorum abusionem contentui aptum,  
per

per ipsius autem Dei consilium ac voluntatem & commodum  
& gloriolum erat: quae qvidem meditationes ad textum illustran-  
dum laudabiles, ad explicandum autem illum accuratius mode-  
randae sunt, & justis limitibus a duplicitate sensus secludenda.

§. 43. Hic vero argumenti vim non obtinet, quod a Woltzo-  
genio venditatur pro duplice hujus loci sensu stabiliendo, quod &  
alibi usque veniat ex gr. Matth. c. 8. v. 16, 17. coll. cum Esaiae Cap. LIII. v. 4.  
**וְנִזְמָן הַוָּא חֲלֹנֵךְ אֶכְנָה:** siqvidem, nisi fallo citasse Matthæum  
dicam, quilibet duplēcēm hic sensum Spiritus S. latere, possit animad-  
vertere (1) ex connexione (2) ex accommodatione Matthæi. Etenim  
sicut nullib[us] concedere possumus duplēcem in eodem loco sacræ Scri-  
pturæ sensum, ita palam est, suo loco Esaiam loqui generaliter de infir-  
mitatibus & animæ & corporis tum medendo ablatis, tū patiendo in se  
translati, quapropter etiam ejusmodi vocibus utitur, quæ com-  
muniōres sunt, quas Græca Versio jure certè nullo in specialiores  
commutavit dictiones. Et huic intentioni Prophetæ ex ipsa di-  
stinctione prophætica agnoscendæ Matthæus accurate responderet;  
Plures nostratium Theologorum de his locis inter se in dīce Spiritus S.  
conferendis, pererudit egerunt, qvare per expositionem eorundem  
moram nobis hic injici haud patiemur. Ad nostrum autem quod  
attinet locum, cum non nisi una sit propositio & unum comma:  
**Ναζερεῖον καληθήσεται**, quod ad Jud. XIII, 5. referri volunt hujus senten-  
tiæ tutores, multo infelicius ab iis, & præsertim a Woltzogenio duplex  
hic sensus qværetur, & non præterquam unus invenietur.

§. 44. Qvod si jam ex serie Matthæana explicari debet, ut omni-  
no debet, τὸ Ναζοραῖον vocabitur, perperam configitur ad Jud. XIII.  
v. 5. ubi ejusmodi qvidqvam non cernitur; sin explicatio ex illo loco  
Jud. petitur, ut sic sentias: erit Deo separatus Nasiræus, plane hæc  
sententia nihil quadrat ad fugam in Galilæa oppidum Nazareth, ad  
qvam tamen firmandam allegari, debent concedere. Qvod si etiam  
putes, literaliter voces נזיר ויה יר exponi: Nasiræus erit, mystice vero:  
Nazaretanus vocabitur, id sane frustra dicitur. Qvæ enim qvælo  
analogia mystica inter Nasiræum Dei, & inter aliquem, qui Na-  
zarenus inhabitat educationis causa? & qvomodo ex tam longin-  
quo mysterio clarum ad fugam hanc & habitationem probandum  
ducetur argumentum? riti potius hostium expositum, qvam ulli  
hominum

hominum probandum? Clarissima sunt hæc, ut amplioribus curis non sit opus.

§. 45. Addo unum illud, nullam me hactenus vidisse necessitatem, quæ jubeat hæc verba: נָצְרָא בְּעַמְּדָה, sub ista connexione in prophetis investigari. Cum igitur ne in Jud. quidem XIII. in quo omnis cardo versari videbatur, aliquid fundamenti dextre poni queat, reliqua profecto loca, in quibus vox נָצְרָא simpliciter, vel phrasis: צִוָּר אֶחָד legitur, recti nihil quidem praestabunt. Evidem Spanhemio magnacum fiducia afferenti: esse sibi probabile, cum Christus Apostolis suis à resurrectione sua edificaverit omnia, quæ de se in Mose & Prophetis scripta erant, & eorum meniem aperuerit, ut intelligerent scripturas, idem etiam donum miraeulosa spiritus S. missione confirmatum voluerit & auctum, hoc quoque vaticinum ex illorum numero fuisse, adeoque religiosa fide à Matthæo expositum, eademq; nobis suscipiendum esse, prout & sensus multos alios, in sacra V. Tt. latentes, & nulli mortalium alias obvios, S. N. Tt. scriptores singulari Spiritus S. ductu alibi sepe primi prodiiderint, quæ vera, imo unica Cabalastæ, cui à Christianis reverentia debeatur & obsequium, plura opponi necessarium non duco: rationibus autem fretus concludere audeo, Matthæum ad nomen, ad separationem, & ad alia in Nasiræis observanda hoc loco non respexisse, multo minus ad aliquod נָצְרָא synonymum, quale est שׁוֹר i. e. ayin advertisse, sed ad significandam ad urbe denominationem: nec etiam locum quendam, aut plures de Nasiræis sive paucioribus, sive pluribus agentes ē V. Tto allegare voluisse. Cæterum quæ obiter poterant moneris differentia (1) Naziræorum נָצְרָא (2.) Nazaræorum נָצְרָא (3.) Nazeræorum נָצְרָא juxta Svidam i. e. Christianorum (4.) Nazaræorum hæreticorum, qui cum Evangelio Legis ceremonias tenendas docuere, (5.) Nasaræorum per 6. à Syriaca voce נָצְרָא, qui V. Ttum, & specialissime etiam ipsum Mosem abolendum credidere, de quibus dubius hæreticorum generibus, ut alii, ita & Epiphanius hæresi tum z. tum 29. egit, & (6.) Nazeræorum Monachorum Saracenorum & Laonico Chalcondyle lib. 7., ea lumbentur nunc præterimus.

### SEGMENTUM TERTIUM.

§. 46. Properandum jam erit ad excutienda eorum Auto-Tertia sentrum scriinia, qui utramque sententiarum præmissarum tum de sentia diversa, tum de נָצְרָא, ut etiam נָצְרָא connectunt, reliquorum inde la commodaen- Ad tium.

Adversariorum impugnations, ut sibi videntur facilius tutiusque concussuri. Qvoniam enim ipsi vident à contra-sentientibus adversum utramvis sententiam dici posse varia non sine pondere, ex eo id ipsum oriri credunt, quod in sola alterutra præsidii non sit satis. Cum igitur neutra iis sola ita videatur esse comparata, ut sat roboris armaturæque afferat ad opponentium tela feliciter eludenda, recteque communiendam suorum defensorum autoritatem: in ambiguo primùm hærent, nec, cui omnimodè subscribe-re velint, propterque oppositi formidinem ausint, determinant; at, postquam satis diu deliberatum est, tandem dubia Matthæi sermo-nem ferientia tam è locis, ubi de רָאשׁ, quam ex iis, ubi de רְאֵת vel de רַא agitur, provide collatis, eluere querunt. Satius sc. putant eliè, alteram tanquam convenientiorem defendere, alteram, quamquam fortè minus plausibilem, ex æquo tamen & bono con-cedere, vel tamquam æq; probabilem utramq; quasi in fœdus con-vocare, atq; ita Matthæum saltem ab altera parte ludentem con-ficere, quam se tot dubiis ex alterutra parte orientibus expone-re. Hanc itaq; sententiam si hoc loco descriptero, proximè præ-gressis illis, ex quibus conflatam eam advertimus, satis convenien-ter, nisi me rerum fallit series, egisse videbor.

S. 47. Est in his, qui ita sentiunt, Thomas Cartwrightus in *Harmonia Evangelica* in b.l. ubi primum ad Es. XI. & Zach. VI. 12, se confert, indeque נֶצֶחָנָן Christum dictum putat, postea tamen ad typos Josephum & Simsonem etiam lectorem remittit; & subtimi-dus ipse Lightfootus, cuius præcedente sectione mentionem fecimus: quippe qui, quamvis de exclusione Jesu, ac de ipsius humili aspectu (uti justoloco ostendi) Matthæum tantum non intelligat, nihil tamen certi determinat in immediate antegressis dicens: Quæde רָאשׁ adducuntur ex Esaiacap. XI. & quæ de Samsonen Nazareo nobilissimo, Christi typo, pon-aus suum habent non contemendum. Addimus posse Matthæum intelli-gi de humili & ut ita duas illas sententias de רָאשׁ & רְאֵת, quamvis & ultimam diversimode exponat, timidius combinare clare videtur. Adjun-go huic Frid. Spanhemium sequentibus verbis mentem su-am aperientem: quamvis hec sententia (sc. de רָאשׁ superiori (de רְאֵת) probabilior & planior ibi semper visa fuerit, nibil tamen obstat, quominus utrag; conjungatur & dicatur, Matibei scopum fuisse, ostendere, à Prophe-tis

etis prædictum fuisse Christum vocandum Nazareum, (1.) ut verum נזָרְאֵם Nazareum, per Nazireos veteres, Josephum, Samsonem potissimum, jam olim designatum, (2.) ut veram illum נזָרְאֵם surculum, qui è radice Jesse suo tempore praedire debebat. Qicum conspirant in Marginalibus tam vetustiores, quam recentiores Galli, ut de Erasmo non dicam, cuius Versionem latinam cap. I. statim.

S. 48. Accedit etiam ad hanc sententiam, dubiaque objecta studer ex hac pariter & illa explicatione refellere Franekeranus ille Theologus Nicolaus Arnold. in libro, cui titulus, *Lux in tenebris*, in h. l. Nolo hujus verba repeterem, bona fide, sententiam hanc ibi haberi, affirmans, lectionemq; B. L. committens. Non dissentit ab his nostras D. Winstrupius in Pand. in Mat. b. p. 171. scribens, impleta esse dicta Prophetarum tum propriè & literaliter, ea scil. in quibus Christus flos, surculus, gerumen vocetur Es. XI. 1. c. IV. 2. c. LX. tum allegorice seu typicè, & analogice ea, in quibus ipse præfiguratus sit ut נזָרְאֵם separatus, Nazareus, cuius typi fuerint Josephus & Samson, quæ verba allegat B. D. Calovius in Bibl. Illustr.

S. 49. Ne autē falsa adduxisse reputemur, quod 46. diximus, esse etiā qui נזָרְאֵם cum נזָרְאֵם non minusquam cum נזָרְאֵם conjungunt, in exemplū prodeat Exegeta nobilissimæ famæ, Daniel Cramerus, cuius Verba in h. l. sunt hæc: Christus solle den Nahmen haben/ so wol von Mezer/welches eine Krone heisset (daher die Nazareer genannt werden) wie auch von Nazer/welches ein Zweig-let in heilig/denn beides war von ihm geweiht/ als Psalm. 132. v. 18. Seine Feinde wil ich mit Schanden kleiden/ und über Ihm soll blühen (Mezer) seine Krone. und Es. XI. 1. Es wird eine Rache aufzugehen von dem Stam Isai/ und Nazer ein Zweig aus seiner Wurzel Frucht bringen. Es werde nun Christus von diesena oder jenem Wörlein genannt/ so ist in Ihm das erfüllt/ was von den Propheten geweiht ist. Dann er träger die rechte Königliche Krone/ auch ist er durch Samson und alle Nazareer ein Fürbild angedeutet. Er ist auch das immer grünnende Zweiglein/ und zartes Reis/ von Gott selbst geweiht/ das es Zweige gewinne und Frucht bringe Ezech. c. XVII. 22. Und damit Christus einen solchen Zunahmen bekomme/ und sich die Christen desselben stets erinnern möchten/ hat es Gott also wunderlich geschickt/ das Jesus sich gen Nazareth versüzen und niederlassen müsse/ das er also des Dreyter den Nahmen erlangen möchte.

S. 50. His adstipulatur D. Botiaccus in Moral. Ged. in voce Christus s. II. cuius effatum est, quod ille sit Nazareus verus, (1.) votu singulari Deo obstrictus, ut Num. VI. 2. (2.) sanctimonia singulari, ut Pontifex,

(3.) dignus.

G

(3.) dignitate, ut Rex' 4 fortitudine, (5.) diadema publico docendi fulgens (6.)  
**CORONA** nostra Sanctificationis. (7.) **SURCULUS** ex Iesse Es. XI, 1. & in  
vocibus Nazarenus, & Nazaret ubi Christum dictum ait Nazareum, (1.)  
Sandum Domino, aliis ad Es. XI, 3. aliis ad Judic XIII, 5. respici-  
entibus, (2.) surculum ex Es. XI, 1. ubi יְהוָה Nezer per וּ videtur confun-  
dere cum altero Nezer per וּ, cum significationem, olei, corona, cæsariei  
ac diadematis immisceat, sicut iterum his admiscet significationem  
(Nozer) servantis. (3.) inhabitantem Nazare Galilæa, quæ parviflora  
apud Judæos, ubi locum nostrum Matth. 2. citat, & inter alia cum Joh. I, 46.  
recte confert. (4.) Prefiguratum à Samson Judic. 13, 5. &c. quamvis ritu  
legali non fuerit inaugurus. Sufficit nobis nunc ostendisse, quomodo  
sententias ille permisceat, & conjugat.

S. 51. Verum quod de indole illius (*de נֶצֶר atque connectendo*)  
sententiae judicat Theologus in vta gravissimus, & post viram quoque Cele-  
berrimus Calovius, *אֶתְכָּלָם* esse Winstrupii placita, id sane, nemine fa-  
cile contradictero, in genere tam de connexione תְּבִרֵךְ נֶצֶר cum תְּבִרֵךְ  
quam de conjunctione cum תְּבִרֵךְ eadem iustitia effero. Firma enim  
satis est ratio jam citati B. Doctoris, diversa maximè illa esse loca & no-  
mina, quæ cum tantopere à se invicem distent, ut nulla ratione possint  
conspirare, sanè is phrasibiblica(*קָהָלָתְךָ רַוְחָתְךָ עַמְלָתְךָ*, i.e. in ventum la-  
borabit, qui contradicentium ora per hæc obstruere nitetur. Quid  
sienim Matthæus vel ullam præbere voluisse occasionem recipienda  
huic collationi sententiarum, à se invicem ita alienarum, multo commo-  
dius Doctore præsertim, & Duce Spiritu S. significare id quivisset, eoque  
modo, ceu convenientem eam, & ex revelatione firmatam assumere-  
mus. At verò cum tacente Scriptura, ac repugnante diversa utriusq; opinio-  
nis ratione, obstante etiam unius cuiusq; sententiae vocum distincta scri-  
ptione, & contra scopum tandem ipsius Evangelistæ hoc adstruatur, fa-  
cile illud omne concidit; tantoq; facilius vis omnis, huic sententiarum  
*מְשֻׁבְּגָתָן* inesse credita, amittitur, quanto accuratius singularum sen-  
tentiarum incommoda supra uberiorum demonstrata, & per iniqvam etiam  
Connexionem multiplicata pensitantur.

S. 52. Unum est, quod defensores hujus opinionum synærefoes  
maximè movisse videtur ad sententiam hanc compingendam, quod di-  
cat Matthæus: Αλλά τῶν Περφύτων. Quæ verba cum trustra non forent po-  
lita

sita, & neutra defensorum pars posset Prophetas producere, in quibus ista comparerent verba, sive solam τὸν, sive solam τὸν נָאָר appellationem intueretur, quid! cum ne unus quidem formidini sufficienter oppositus, & verbis, quae allegata esse ipsis judicabantur, omnino satisfaciens locus monstrari posset: ne Matthæum vanitatis arguerent Interpretes, aut temere factam Prophetarum mentionem admitterent, maluere citati Viri, quicque cum iis sentiunt, binas connectere sententias, ut huic ipsorum dubio justum poneretur medium, quam ulterius fluctuare, præsertim, cum æque fermè periculose videretur, alterutram rejecere, ac periculose censebatur alteram amplecti opinionem. At protectio inde nihil majoris comoedi nascitur. Quamvis enim, quicquid etiam laxiores alii pro significatione singulari, loco usurpati pluralis assumenda, dicant Interpretes, lubens id agnoscam: à Matthæo frustra positam vocem τὸν Προφῆταν in numero plurali non esse, nec facile in aliquam figuram vel grammaticam, sine necessitate hic consentire velim, sed ex re & vero, plures uno Prophetas de Christo hac in materia locutos esse credam, tamen inde non sequitur ad tam diversa sententiarum divortia, disparatarumque; vocum fundamina refugiendum, & dubium mentis per novam rerum & vocum confusionem secundum aut tollendum, sed viam, sicuti postea monebitur, justiorem tutoremque hic eligendam esse.

S. 33. Mihi denique sic videtur, & contra singulas has sententias & contra easdem, uno complexu comprehensas, recte dici, quod contra duas potissimum sententias, & adducta loca principalia tum pro τὸν, tum pro τὸν נָאָר in observatis ad h. l. monuit non absque sufficiente ratione Dn. Affinis atque Præses meus, obſtare in genere (1.) obscuritatem scriptioris Mattheane non concedendam, cum facile, si hic fuisset sensus, clarius potuisse scribere ducet ac directore exſiente Spiritus. (2.) difficultatem conciliandi utriusque loci (ita & de reliquis cognatis iudicandum) cum Mattheo, cum neutro bique (nullibi) verba sufficienter conveniant coram lectori, ad credendum parato, nedum coram contradicendo (3.) nisi dubiam significationem Nāwagīs quam pro Nasireo, i.e. votis obſtrito, & communī vivendi genere separato; vel etiam pro Nezereo i.e. pro germinante (vel etiam ex τῷ pro conservatore, aut ex τῷ pro coronato) usurpare nulla ratione habili probatur, præseri in cum neutrū (nullum de omnibus)

ex allegante Matthæo possit vel iusta conjectura erni: (4.) allegationem prophetarum, cum utrag[is] (unaquæque) sententia ne unum quidem Prophætam sine formidine erroris allegare posset. (5.) experientiam ipsam, quia ut nullus locus æqualis in Prophetis reperitur, ita & è nullo Prophetæ dico facile hoc sententia de Jesu vocando Nazareo extorqueri potest, unde nec suo tempore Pharisei, Scribe, Presbyteri, & Sacerdotes Nazareto Christum exspectaverunt, nec ullum locum accommodare sunt conati, ne ante Christum quidem, cum invidia ipse nondum laborare posset; quin potius, si Matthæus verba istæc è Prophetis proferre potuisset de Jesu Nazareno, id non potuisset ita incognitum esse tali Synagoge Iudeorum, quippe qui vaticinia V. Tti. intelligebant plerumque, & sola in applicatione ad subjectum seu personam errabant. Huc pertinet Joh. I. 47. C. VII. 40. 41, 42. & v. 50. (6.) nullitatem rationis consugiendi ad Prophetas, cum vox ole non ibisit designans orationem allegatam directam, atque ita redundans; sed suam significationem obtineat. Neq; enim magis hoc loco inseruit Jø ôm allegando Prophetæ, quam Matth. XXVI. v. 54. (7.) veritatem rei cum claritate textus &c. cuiusquidem rei rationem dabo capite ultimo. Pro ratione (1.) pugnat voluntas Dei in negocio tali sat clare semper loquentis, dummodo hominum nequitia nolit è claris obscura reddere; pro(2.) ipsa locorum V. Tti conciliandorum lectio, ubi statim, quanto fudore opus sit, patescit; pro(3.) absentia vel unius exempli, sive in N. Tto. sive in LXX. sive in prisco quodam autore; pro(4) necessitas non recedendi à sensu literali sine urgentissima alia necessitate; pro(5) V. ac N. Tti itemq; Talmudis perscrutatio: pro [6.] ipsæ particulæ & conveniens a propior significatio, ac tandem pro ratione (7) quod jam monui, tertii capitii, qvod peculiaris mox subsecutura dissertatio proponet, argumentum.

#### SEGMENTUM QVARTUM.

Q[uarta] sententia Flu[nctuum].  
§. 54. Vilis iis Autoribus, qui ad Scripturam S. confugientes in V. Tti libris Matthæana querunt, & partim aliis ad derivata וְשָׁמָן, aliis ad derivata וְנַדְרֵה separatis aspirant, partim utramq; (alteram sc. qvæ potissimum ad nomen נָבָע, vel etiam נָבָע respicit, alteramq; de voce נָבָע) sententiam committunt, ad illos B. Lectorem nunc dedicam, qui eti de utraque, imo & pluribus differant, haud ullam tamen velut ita firmam agnoscunt, ut in eâ conqviescant, sed sicut ipsi in ambiguo harent, ita lectores quoque fluctuantes detinent. Pârum abest, qvin hoc de B.G. Calixto efferam. Idem enim, in Concord. IV.  
Evangel.

Evangelistarum ad h. l. primum expresse dicit: non exstat hoc totidem verbis apud ullum Proprietarum & paulo post rejectis: Theophylacti & Chrysostomi sententiis; Nibilopus est, ait, ut in tantas (sc. illorum) nos conjiciamus angustias. Allusus enim Evangelista vel ad locum Esate cap. XI. i. Egredietur Ec. vel ad locum Iudic. XIII. v. 7. -- vel denique non certus quisquam locus innuitur, sed cum omnes Prophetae, & omnis Scriptura, ut Hieronymus ait, de Christo testetur, id Christo ita convenire annotat Evangelista, ut indicetur etiam per nomen, quod etamen a Judeis & Gentilibus per coniustum vocatur ab aut. Job. i. v. 4b. Postea quoque in gratiam sententiae de נזְרָן, silingvæ sanctæ peritis magis placuerit per y vocem signare, non dubitat vocem נזְרָן adjungere equipollentem נזְרָן, qualis metalepsis neque inelegans neque inusitata ipsi ducitur. Ex quibus id efficitur, quæsisisse Virum illum magna eruditio laude celebratissimum in prophetis nostra verba satis diligenter, sed ita ut tandem hæsitans certi nihil statuerit, ac suum cuique & sentire, & velle integrum reliquerit. Quid etiam de Joh. Andr. Osiandro, pronunciare possum. Posteaquam enim Exercitat. Thumian. VII. Quæst. I. §. 7. Messiae adventum & futuram educationem in Galilæa docuerat ex Jes. IX. v. 1. ita denique loquitur: Unde & Nazarenus nomen ei debetur Cap. (Jel.) XI. i. seu mavis Jud. XIII. v. 5.

S. 55. Ast quid Drusius? Is cum certi quid definiendi locus esset, magis adhuc fluctuat, adductaque verborum Mathæi versione quadam ita scribit: Hæc incerta non essent, si certo scirentur, unde domo hoc testimonium. Nam quod vulgo afferunt de nomine & secta Nazariorum, nodum magis fecerat, quam solvit. Multo minus, quod in Hieronymo legitur: & Nazareus de radice ejus ascenderet. Nam נזְרָן ibi surculum significat, non autem Naziraum. Jam vero, quod idem ait, si fixum de scripturis posuisset exemplum, nunquam diceres, quod dictum est per Prophetas, sed similiiter: quod dictum est per Prophetam nunc autem pluraliter prophetas vocans, ostendit, se non verba descripturis sumisse, sed sensum: parum firmum est. & post pauca, suo inferius loco adducenda, haec addit: Similis locus Ebr. II. 20. (forte c. 12, 29.) quem si quares, non facile respiciam invenies. Vid. notas in Parallela S. ad h. l. In quibus facile quivis ambigentem animadverteret Drusium, nullique haec tenus addicentem sententia: quod idem non obscure confirmat Nois in Parall. Job. 19, 28.

G 3

S. 56.

§. 56. Quid verò de Socino afferam, & inter quos eum jure referam. Autores, plane ipsem dubito. Omnes iste coacerat sententias, ut, quā præ cæteris velit, nemo etiam si utroq; oculo omnia per videat, perspicere possit. Suum quidem assensū unius illi de **¶** opinioni ferre reculat, ast cognitam de **¶** plane non reprobat, & eandem cum ea de **¶** (circa quam & ad Iosephum, & ad Simponem, & ad Samuelem respicit) atq; iterum cum illa de **¶** conjunctam approbat. Imo & aliam præter hæc inferius proferendam, ad hunc Matthæi locum non minus probabiliter applicari posse arguit. Vid. Ejus *lectiones sacras* pag. m. 299. seqq. Quo jure autem diversa hæc ab illo congerantur, haut difficulter colligit is, cui cerebrum non in calcaneo hæret.

§. 57. Haud eqvidem putaverim, ad hanc dubitationem animum vel eruditum, vel eruditonis cupidum inclinare, siquid certius tuto possit proferri. Et quippe ratione Sacra Scriptura non tam explicatur, quam illa majori præ ea, quæ textui creditur inesse, incertitudini implicatur. Quod cum ab omni exegeta esse debeat maxime longinquum, statim ipsa hæc se prodit sententia, & præsenti sua se labefactat fluctuationis periculo. Unde non opus est prolixa dubitantium refutatione, cum hæc proposuisse idem sit, quod sufficientissime refutasse.

### SEGMENTUM QVINTUM.

§. 58. Nunc etiam ad illam deveniendum est explicationem Autorum, quæ, quanta quanta est, amissis quibusdam Vatum libris inhiat, & ad eos quæritantem anxiæ lectorem convertit. Quemadmodum igne admoto ebulliens aqua intra circumdatos sibi testæ limites se non continet: ita & hi Scripturæ Interpretæ varia dubiorum objectione acti intra Scripturam sibi præscriptam suas non detinent meditationes, sed extra eam eas vagari suunt, imo, easdem ad pericolosam lubricamq; suscitandam opinionem collineare, tutum credunt; qua tamen temel suscepta ac probata, prompta cuiilibet occasio offertur Matthæi Evangelium seu incertis innixum probationibus, si non plane eliminandi, certè in dubium vocandi.

§. 59. Nihilominus Patrum jam ætate suos hæc sententia inventit fautores. Testatur sanè Barradas l.c. Chrysostomum & Euthymium existimasse testimonium hoc ex libris prophetarum, qui perierint

sententias  
qvintas,  
confugientem  
cum ad li-  
bros de-  
perditos.

perierint, petuisse Matthæum, idemq; confirmat Waltherus Har-  
mon. Bibl. lib. post. in b. l. Chrysostomi verba lege in *Animadversio*  
in h. l. Erasmi Schmidii. Apponit eisdem Theophylactum, (qvem &  
B. Calixtus huc refert l. c.) & recentiores qvoscam, Wittakerum &  
Musculum, Spanhemius P. II. D. E. LXXXVIII. De Musculo idem ju-  
dicat Woltzogen. l. c. Qvibus omnibus Calovius jungit Ostro-  
dum & Socinum. Atque hujus qvidem verba, (ut reliquorum uberi-  
or non fiat mentio) in lectiōnibus sacris, hæc sunt: Respondendum est:  
primum, non pauca Prophetae scrip̄a, q̄a probata erant, Cuiānur,  
in ip̄is libris V. Tū petuisse In quibus facile fieri potest, ut testimonium  
illud disserere ex̄faret.

S. 60. De Joh. Drusio, quem fluctuantem supra ostendi-  
mus, idem fermè creditus. Neque n. tantum Nois in Parallē  
Joh. 19. 18. cum exposuisset, ex aliis cuiuspiam sententia, ideo  
habitusse Christum in oppido Nazaret, ab eod̄ dictum Nazareum, quo per-  
ficeretur, quod longe ante prædictum erat, Ipsum Nazareum futurum,  
ille addit: Sed ubi hoc prædictum? sed & ad Matth. c. 2. 23. ita scribit:  
censem Chrysostomus multos libros Propheticos per incuriam Iudaorum  
intercidisse, cujus ep̄iomaior Theophylactus: & iux' ex̄emq; inquit, rō.  
Διὰ τὸ τὸν ἀμέτωπον τὸν Ἐβραϊκὸν θόλον Βιβλίαν ἀπέτειν. Sudat,  
scio, in hac sententia refellenda nonnemo, sed adhuc frustra. Qvibus in  
verbis, nescio qvid velit, nisi qvod tacitum assensum suum profiteatur.

S. 61. Verum pro uīs labrusca venditare, qvi, per hæc lecto-  
ri satisfieri, sibi persuadent, atque aliis persuadere conantur. Qvod  
si enim post Matthæum hos libros deperditos existimant, multa hæc  
sententia secum vehit absurdā, multa continent divinæ providentiae  
adversa, qvæ lubens amplectetur opponens se veritati hostis, tan-  
quam subidia perapta, e qvibus tela vel contra ipsos sententiæ  
hujus Autores emittunt. Optimè ergo de eadem ita judicat B. Walthe-  
rus l. c. Hæc soluio (Chrysostomi) parim periculosa est qvæsi non emnes.  
Scriptura & titros, qvi Christi & Apostolorum tempore extiterunt, salvos  
& incolumes Ecclesia habeat, partim absone; si enim tale quoddam scri-  
prium Evangelista temporibus extiterisset, scriba id non ignorasset, nec Joh.  
7. v. 41, 42. dixissent, in Galilaea Prophetam non surgere. Si jam ante  
Matthæi tempora deperditos esse querantur libros divinitus scriptos,  
& qvibus in die Mattheus citaverit, iterum in divinitatem scripto-  
rum

rum ejusmodi sunt injurii, quum ea, quæ divinitus ante Paulina & Apostolorum tempora scripta sunt, in viventium tunc temporis, & nostram hodiernum didascaliam antea conscripta fuerint Rom. 15, 4. ac propterea interire non potuerint. Unde dicer non vereor, nulla unquam scripta, divina autoritate, divinaq; inspiratione conscripta, esse amissa. Si quæ perierunt, privato ausu fuere orta, concedo, atē divinæ misericordiæ penu ea immediate profluxisse, nunquam mihi, stante DEI veritate & virtute, persuaderi patior. Non igitur tantum, non opus esse, ut cum Woltzogenio aliisq; ad libros deperditos convolemus, sed & omnino non concedendum esse, quod aliquando fuerint singulari divina ratione concursuq; DEI specialissimo & immediato exarata scripta, quæ jam non amplius supersint, existimo, propterea que nec hoc dictum: *Nazareus ue-  
cabitur, in deperditis qvibusdam libris Geon & Iosu fuisse, cumq;ve  
iisdem evanuisse, ulli hominum per veritatem dari posse* puto.

#### SEGMENTUM SEXTUM.

*Sententia  
fixta  
Prophetarū  
sermones  
āyeq̄ōs  
sollicitantū*

§. 62. Consideravi hactenus eas, quæ quomodo cunq; in Prophetarum scriptis Jesu τὸν Ναζωρεῖον querunt, sententias, quibus, licet assensus denegetur, variae eruditio nis tamen, & ingenii, solertiæq; laus non omnino potest derogari, quippe quæ ipsis etiam dubitantiis non est invidenda. Excurrendū nunc ad reliqua, lectisq; prophetarum monumentis plane diversæ qvorundam Exegetarum meditationes erunt pensitandæ. Ergo hac sectione illos invisemus Autores, qui Matthæanam enunciationem ad ἀγερόν Prophetarum dicta, atque ita extra omne scripturarum genus devolvendam esse ducunt. Sunt autem illi in duplice differentia, cum alii ad Prophetas divinitus afflatis, sive de cætero scriferint, sive non scriferint, de quibus infra dicemus, alii ad Prophetas laxius sumtos, quos etiam Prophetarum discipulos, item Prophetarum interpretes interdum appellant, animum advertant.

§. 63. Triplex autem statuunt plurimi, qui huic patrocinantur posteriori sententiæ, genus Prophetarum. Ad primum eos referunt, qui, sicut ajunt, quandocunq; res postulabat, oracula, visiones, & somnia fatidica impetrarint, quemadmodum Moses Samuel, &c. quos nomine Videntium appellatos in S. Codice videamus, quosq; vulgus Judæorum Prophetas priores vocare consverit.

Secun-

Secundum iis constituunt, qui, et si oracula sacra pro suo arbitrio elicere non potuerint, nihilominus tamen per intervalla, cum Deo fuerit placitum, populum docuerint, objurgarint, & divinitus facta inspiratione prophetarint, atque hos à Judæis vulgo posteriores vocari affirmant, eo quod maxima pars eorum fere post Salomonem sub idolatriis plerunque Regibus fuerit, (ut is peciatim præter alios, quorum scripta nulla habemus, Esaias, Hieremias, Ezechiel, & duodecim, quos vocant, minores) cum melius illud genus circa Davidis tempora fere desierit. Tertium vero genus, quo illustrem suæ sententia colorem addant, in iis consistere statuunt, qui nunquam quidem oracula, visiones, &c. a Deo obtinuerint, à superioris tamē generis Vatibus seu præceptoribus erudití & S. Spiritus interna, sc. per Verbum facta unctione edocti literas propheticas rectè intellexerint, easque aliis enarrare, opemque potentibus ex iis iusta consilia dare & quæ pro rectæ rationis usu ex eorundem dictis necessario consequuntur, perspicere valuerint. Quemadmodum autem primi & secundi generis prophetas, quicquid ipsis de futuro Christi regno divinitus revelatum fuit, literis matidatum posteritati reliquisse, ajunt, ita tertii generis prophetas à scribendo semper fermè abstinuisse, & veris nullum esse dicunt, Matthæum se ad eos recepisse, qui, cum in Prophetarum, ac præsertim Esaiæ scriptis Christum vocatum florem legerent, divinando collegerint, Nazaretem ipsum florem, cum à flore Civitas illa denominata censeatur, aliquando inter cives suos habituram, quantumvis expresse non invenirent eum Nazoræum vocandum, & ad hoc Matthæum suas meditationes convertisse, cum scriberet ἡγέρτας τὸν πεφύλακα. Sentit ita Isidorus Clarius cuius Observat. in h. I. consule in Oper. Crit. Tom. IV. & Andreas Osiander, cuius mentem explicatus proponit Frid. Spanhem: D.E. LXXXVII. n. 3.

S. 64. Hanc statuminaturi interpretationem, ne plane nihil probationis adduxisse reputentur, & inter Αλέγεις referantur, præcipue hoc attendendum esse arbitrantur (1.) Matthæo citata verba indubie nullibi in prophetis scripta legi, (2.) Matthæum non citare certum Prophetam, sed uti numero plurali: Αλεγοντες προφητας. (3.) Matthæum præter morem suum dicere, esse dictum, non autem esse scriptum à prophetis, ut inde debeat (4.) colligi, ad dicta non tantum sribentium, sed etiam loquentium, prophetarum qui tertium maxime genus constituerint, & S. scriptores provocasse, & nobis ad huc esse convolandum. Quibus (5.) addit Osiander juxta certitudinem Prophetiae à primis duobus Prophetarum generibus-

profectæ , etiam probabilitatem vaticiniorum à Prophetis tertii generis profectorum , quippe qui , etsi καποχεγητῶν tantum Prophetæ dicerentur , verissima tamen etiam in hac materia conjectando assuequi & vaticinari potuerint: constitisse enim , Christum oritum esse de domo Davidis , domum vero illam certa præter Hierosolymam oppida inhabitasse , ut regia familia semper nota esset: indubitate ergo fuisse , eum in aliquo ex illis oppidis habitaturum , & cognomen inde accepturum: manifestum autem esse vel ex Evangelio , Bethlehemum atq; Nazaretam in illorum numero tunc fuisse. Ergo sic ratiocinari potuisse illos prophetas : vate Micha Christum Bethlehemi nasci , & teste Zacharia Hierosolymā venire debere: ergo , sic ubi habitare olim proles Davidis debeat , superesse opidum incolendum Nazareth , atq; ad hoc credendū adduxisse eos vocem רצנ אל XI. I.

S. 65. Verum enim vero mea quidem sententia σύντονος ἀσκεπτον attingunt , qui hanc sententiam adversariorum οὐθελότητην oppnere conantur. Contradicentibus jam veritatis hostibus nullum certe impotent silentium , quippe qui hac interpretatione aures animosq; frustra sibi dicent atq; credent obtundi. Subtilia vero hæc forte si dixeris , solida tamen dicere non audebis , optime ita de Osiandri opinione , qvacum cæteri convenient , judicante Spanhem: D.E. LXXXVII. n.4. Brevis ergo eqvidem hic ero. Ad (1) ergo respondebitur , verū esse , quod in Prophetis hæc non legantur ; nec tamen per Matthæum necesse esse , ut in iis legantur. ad (2) dicimus , rectè uti Matthæum numero plurali , qvia quod ipse ē Propheticis scriptis probare cupit , revera in pluribus observatur , qvemadmodum hoc utrumq; cap. 3. docebitur. Neq; (3) ex Participio Matthæi πνθὸν firmi quicquam ratiocinii desumi posse , persvasum habemus , scientes moris id esse Viris S. in N. Tro , ut , si propheticum aliquod dictum ex plurorum scriptis allegare vellint , pro arbitrio id dicant esse sive dictum , sive etiam scriptum. Et qvale nostro exemplum habe codem hoc capite v. 17. itemq; 15. & pluribus in locis aliis , ubi tamen sermo de scriptis clarissimè agit. Num igitur hoc in versu Matthæum cum dictum hoc esse ajat , præter morem suum fecisse , autem ab imis , si non dictum illud tantum fuerit , sed & scriptum , qvō ipse spectat? Qui hoc ipsum caput recte legit , hunc morem ab ipso non esse alienum cernet , idemq; ulterius observabit in ejusdem Matthæi cap. 4 & 8. & 13. itemq; cap. 21. &c. Neutiquam ergo ita dicendum esse censeo. Ad (4) brevibus respondeo: quod , licet inter Prophetas , Patriarchas sc. qvosdam , & Mosen , & vulgo Vocatos Piores , atq; Postiores , varia intercedant discrimina , non satis tamen aut distincta sint & exempla , & membra dividentia Prophetarum , sicut

Heut eas. & allata sunt, de quo tamen nunc multa differendi nulla est  
necessitas, cum sufficiat, illam nobis divisionem non omnino pro-  
bari, quodq; licet Prophetæ post Malachiam interdum appellati sint  
Doctores Judæorum, tamen absq; fundamento Matthæus ad orales  
istorum Prophetarum traditiones, & vaticinationes conjecturales re-  
spexisse dicatur, cum talem provocationem probationis causa ne  
καὶ ἀρθεών qvidem, ullibi in S. N. T. Codice fieri, nec propterea  
nobis obtrudi posse annotemus. Ad (s.) tandem asserimus, omne  
illud precarium esse: quia scilicet conjectura non magis in illis,  
quam in nobis censenda sunt vaticinia; quia non opus erat, Chri-  
stum habitare in opido, ubi habitabant alii Davidis posteri: quia in  
pluribus locis habitare Davidis posteri potuerunt, quam in solis Hie-  
rosolymis, Bethlehemo, & Nazareto: quia ipse etiam Christus Ca-  
pernaum diu incoluit: quia præter hæc non erat simpliciter necesse,  
alibi nasci, alibi habitare, alibi cum pompa intrantem cerni Christum;  
& licet id etiam foret, atq; tamen ἀνταντούσις his Prophetis difficile  
fuisset ex Es. XI. 1. de Nazareto, quam aliunde de alio opido conjicere:  
& quia tandem hoc dogma in Judæis, ac eorum Synagoga plane fuit  
incognitum, atq; ita Prophetis ejusmodi non tribuendum. Qvod  
si enim ita cognitum per Prophetarum, ac præsertim ultimorum  
doctrinam & traditionem id fuisset, ut Matthæus μετὰ τηρησάς eō  
provocare & Judæos sic convincere potuisse, qvomodo toti Syna-  
gogæ Judaicæ omnibus in locis, prudenti q; Synedrio, Magistris q; Is-  
raëlis, quorum pars Christum etiam amabat, id tum temporis fuerit  
inauditum, ut ne unus quidem hujus explicationis propheticæ menti-  
onem fecerit, haud video. Certè in Nicodemo id desiderassem ad  
Joh. 7, 50. cum tuto potuisse hæc exegesi cœteris Pharisæorum,  
& Sacerdotibus morosis obviam iri.

§.66. Non procul distant ab his ea, quæ B. Calovius, [qui Chry-  
lostomum etiam, Euthymium, & Theophylactum in suas partes  
trahere videtur] ad maledicentiam adversantium diluendam in Bibl.  
Illustr. ad h. I. urget. Refat, inquit, alia conveniensiorque sententia  
quæ illa ipsa est, cujus mentionem §. 63; altero divisionis mem-  
bro feci. Verba lubens omitto. & ordinis causa, quæ necessaria  
videbuntur, excerptam, quibus Vir per celebris ita sentit, Matthe-  
um ad Prophetas vere ita dictos respexisse, qvorum unus atque alter  
hoc vaticinum: Nazarenus vocabatur: tradiderit, sive in vulgus  
norum illud fuerit, si remissus, quod in medio relinquere possit. Probari illud  
nulli (I.) per vocem p[ro]p[ter]e, q[ua]n[t] ad sermones a[et]q[ue] Q[ua]es, affirmatos tamen  
oculata remissa, nullo inde sequente progressu ad traditiones Fontificias,

cum sermones illi facti sive ἀγγελοι, bat traditiones demum post cano-  
nem clausum confitentes: (2.) per exempla Matth. 27, 9. ubi Jeremie, Iude  
v. 14. ubi Henochi, Act. 20. 31. ubi ipius Iesu sermo ἀγγελος allegetur;  
(3.) per congruum, cum non tantum nibil obsteret, quominus id ita esse cre-  
datur, sed & docenti hos Evangelistae merito sit credendum, tamen tanto magis,  
quanto plures difficultates est nominis appellativi assumptione orientantur & Na-  
zarenus per Nasir vel Nezer exponatur, qualis certe expositio Evangelisti  
e vim inferat. Verum sicut & voce πνευμati nihil firmarer probatur, ut  
supra ostensum est, ita & ex exemplis nihil recte sequitur. Verba  
enim Jeremias & Matthaeo Cap. XXVII. citata nimis dubie adducuntur  
ad hoc probandum, quod ostendere alius est loci. Devaticinio  
Henochi & gnome Servatoris, (quo forte aliud etiam Christi manda-  
tum, 1. Cor. 9, 14. & Mosis effatum Hebr. 12, 21. liberalitatis causa re-  
ferre potero) alia res est: ubi ad sermones ἀγγελος, eosque vel tra-  
ditos, vel de novo etiam revelatos confugendum esse, ipsa svadet  
extrema plerumque necessitas, qualis haec nondum est; quo accedit,  
quod in nullo citatorum loco legatur vox πνευμati, quae in N. T. sem-  
per sic posita cum scriptis congruit, & ad scripturas remittit. Adde, quod  
nullus eorum locorum, qui citati sunt, vaticinium quoddam de re aut  
rei circumstantia speciali contineant, aut impletionis causa afferan-  
tur, sed vel historiat, vel praecepti, vel generalium minarum cau-  
sa allegentur omnes, in quibus ad ἀγγελος recte etiam acceditur:  
unde ab illis ad specialia vaticinia plane N. V. C. In (3.) verissimum  
arbitror, quod hoc absurdum quidem non sit, ita si textus explicetur,  
quodque est reliquis illiusmodi sententiis difficultatum oriatur  
satis; at propterea ad ἀγγελος statim transiliendum esse nec necessarium  
Evangelistae causa, nec utile, nec ullo modo in negocio æquali admit-  
endum autumnum, sed maxime periculosum esse credo. Quod  
verò idem Beatus Vir contra scribarum ignorantiam Joh. 7, 41:  
affert, ipsorum disputationem fuisse intelligendam de loco nativita-  
tis, non educationis: & si vel maxime illi hoc ignorarint, potuisse hoc  
tamen Prophetarum vaticinium à Sp. S. Matthaeo inspirari, ad instar  
Enochi & que forsitan ignoti: ad id respondendum, sicut in parte  
posteriore à posse, quod nemo negat, ad esse N. V. C. ita in priori  
concedi quidem disputationem maxime de loco nativitatis; attamen,  
si constitisset nomen Nazareni Messiam designans, limitationem  
questioonis de inhabitatione non potuisse non omnibus & que fuisse  
notam, ac nota fuit Bethlehemi canavitas. Addendum, cum haec sen-  
tentiae isti sufficient, nihil censemus, sed ad sequentia properamus.

(S) (O) (H)

DISQVISITIONIS THEOLOGICÆ,  
QVÆ

# JESUM

NAZΩΡΑΙΟΝ

MATTH. CAP. II. v. 22, 23. REPERTUM.

IN PROPHETIS ETIAM SCRUTATUR,

CONTINUATIO

DEO AUXILIANTE MAXIMO,

ET CONSENTIENTE MAXIME VENERANDO THEOL. ORDINE.

SUB PRÆSIDIO

VIRI SUMME REVERENDI

JOH. PETRI Brünenberg

PH. ET TH. D. HUJUSq; PROFESS. PUBL. ORD. CONSI-  
STORII DUC. ASSESS. DISTRICTUSq; MEKELN-

BURGENSIS SUPERINTENDENTIS,

DN. AFFINIS atq; HOSPITIS Sui MAXIME VENERANDI

EQVO DOCTORUM SCRUTINIO OBLATA,

& IN ALMÆ ROSTOCHIENSIS

AUDITORIO MAJORI

ANN. d<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c I<sup>d</sup> IX. SEPTEMBR. HOR. ANTEMER.

PRO VIRIBUS PROPUGNANDA


AB AUTORE

DAVIDE HENR. KOEPKENIO

LUNEBURGENSI.

ROSTOCHII,

TYPIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYPOGR.



DIGESTIONIS THEOLOGICAE  
AD

# MURUS



NAZOSPALIOI

МУРУСЬКАЯ СВЯТОЙ ГАВРИИЛЛЫ

IN VOLUMENIS ET MAIS EXULTATOR

CONTINGENTIA

DEO AUXILIANTIS MAXIMO

ET COMPLEMENTARIA VENIREMUS THEROJ DANI

CONTRARIO

NAZOSPALIOI

JOHN PRESTYAN

IN EDITIONE HUIC LIBRI PROTERRA PUBLI ORDICO

SATOR DUCVS ET CESTALGUS MARETI

BALGENIUS ET HOSPIUS MAXIME VENERABILIS

IN VITRINA ST. HOSPII LIBRARIA VENEGRANICA

SCOTIOLVM SCUTINIO OSCATA

IN ALMÆ ROSTOKENSIS

ADDITIONIBVS MATERIA

VIRGILIANA WORKS CUNNINGHAM

JOHN ADDISON MARY

ANNE BRONWELL MARY

EDWARD BURKE MARY

FRANCIS BACON MARY

ROBERT BROWNE MARY

CHARLES BROWN MARY

JOHN BYRON MARY

DAVID HENR. ROEPKE

# CAPUT III.

S. 1.

Ropositis hactenus satis fuse variis Vario, rū eloquiis, iusq; ea fini sejunctim ventilatis, ut, si forte amplior his addenda esset probatio vel explanatio, addendi superesset comoditas, ad eā nunc pergo sententiam explicandam, quam cœu magis probabilem, veriorem, ē S. Evangelistæ verbis fluentem, & fidei S. Scriptaræ apprimè congruam, qvivis (spero), πιναγδεμένῳ qvi gaudet intellectu, amplecti poterit, cuiq; nullam adversariorum importunitatem obesse posse confido. Ergo pro ratione promissi muneric enodatius nunc explicabo verborum Matthæanorum rationem, eamq; justis suis cum argumentis, quibus tanquam firmæ cuidambasi innititur, sistam, cum supra jam brevibus eandem, & ἡστὸν παρόδῳ Cap. I. S. 6.B. L. significaverim. Qvod ut eo felicius peragam, de justa verborum Matthæi omnium intellectione, qvæ sc. instituto Evangelistæ non contrarietur, hoc præcipue loco merito solicitus esse debo. Ex ea enim amplius simul elucesceret, qvid de difficultate, verbis Matthæanis ab Autoribus allata, sit sentiendum, & qvomodo ea exprimere, omnibusque, adversari qvi audent, occasio adimi possit, vana hujus dubii objectione fidem integritatemq; Εὐαγγελίου Matthæi, labefactandi. Ante omnia autem, ne τίνω τῷ Θεῷ φέγγον εἰς ἀνθρώπους μάκρω inveniar, TIBI me totum committo, benignissime Deus! & ut Spiritus S. dotibus vires meas omnes a Te concessas, ad hanc quoque mei muneric partem pro beneplacito tuo perficiendam, instruere velis, devote peto.

S. 2. Hoc ego sperans qvatuer nunc propositionibus omni includam. Prima erit hæc: *Verba: Ναζωραῖος καὶ θεοτοκός, Evangelista sunt, non allegati Prophetæ.* Altera: *Particula ὡς bi neque directe est μημηλή, neque indirecte citativa seu enarrativa.* Tertia: *eo: quod dictum est per Prophetas, hic probatur, illustraturq; ingressus & subsequens inhabitatio non Nazareis in specie, sed par-*

rium Galilee in genere. Quarta: Dictum per Prophetas revera in  
Scripturis V. Tunc est querendum, ut etiam inveniri potest Quæ pro-  
positiones singulæ, & si quid subjungendum videbitur, justo ordine  
explicabuntur.

S. 3. Prima quidem propositio quoad alterum membrum  
(*אָגֹתָה* puta) fatis jam in secundo, quod absolvimus, capite fuit de-  
monstrata, quippe quo vidimus, verba hæc Prophetarum nulli  
tuto adscribi posse. Non certe ulli tunc tribuuntur ex iis, qui scri-  
ptum nobis reliquere propheticum, cum dictio hæc plane nullibi le-  
gatur, quæque de נָצַר, נָזֵר, נָזֵר & צְבָח huc protrahuntur,  
numis omnia contorta sunt, ita, ut recte rem meditanti placere neu-  
tiqvam possint. Neque etiam loco huic ulla ex deperditis Prophetarum  
scriptis medela ferri potest, cum ille quidem praetextus adeo  
perspicua sit tenuitatis, ut nec affirmare Autores hujus sententia quid-  
quam ausint, nec vel maxime credulus quisque hoc, quod ipsi pro-  
vero afferre non audent, sed conjectando fluctuandoque divinare  
conantur, ipsis credere queat. In Prophetis loquentibus certi præ-  
sidii nihil comparet, cum nec, an hoc dixerint, certum sit, nec, an  
ex V. Tto certo eruere potuerint, satis explicitum sit, atque explo-  
ratum. Unde, nec cum his omnibus divinare, nec cum reliquis  
titubare cupimus.

S. 4. Quod vero ad thesin propositionis ejus attinet, asse-  
rere hoc audeo: *esse eadem verba Evangelista.* Quemadmodum  
enim nulla est necessitas, verba hæc in Prophetis quærendi, nec ulla  
possibilitas hæc in prophetis inveniendi, ita ipsa à contrario necessi-  
tas nos urget, ut Matthæo scribenti ea in acceptis referamus, cum non  
superf sit, unde aliquid opis hic sperare, quemve phraseos hujus sta-  
tuere autem possimus. Neque ulla ratio est, cur à Matthæo disce-  
dere velim, cum in confessu sit, ipsum esse, qui à Spiritu S. actus Evan-  
gelium hoc suum historicè scripserit, sensusque commode fluat ei,  
cui præcepta opinione intellectus nondum est constrictus, sive *אָגֹתָה*  
*חֲנֻכָּה וְעַמָּךְ* ratio inhabitatæ in Galilæa Nazaretis, sive ex inhabitatio-  
ne ipsa (quod certe probabilissimum est) ratio appellationis inferenda  
existimetur. Hic certe indubius Evangelista in versibus his ultimis sco-  
pus est, ut ostendat, Jesum à Josepho in Galilæam simulq; in civitatem  
illius Nazaret deportatum esse, idqvod per Prophetas generalius tum  
de Galilæa, tum de tribubus quibusdam à Messia illustrandis prædictum  
fuerit, eundemq; Jesum illum exinde Nazoræum, id est, civem Nazare-  
tanum, uti alias *τὸν Ναζαρεῖον*, ac τὸν Ἰησοῦν Nazarenum, itemq; *Ναζωραῖον*  
illum.

illum vocari cernimus appellatum deinceps iri. Atq; id ipsum & verbo-  
rum vicinitas probat, & eventus varia occasione, variisque in locis ita  
confirmavit, ut communis proponendum errore plerique omnes non  
tantum, quod debebant, ex inhabitatione, sed & (quod non debebant) e  
nativitate ipsum pro **Nazareo** habuerint. Unde ad figurata defurculo,  
flore, separato, sancto, mortidevoto, excluso, coronato, servatore &c. ab  
Exegeta accessum non fieri, nisi violentum, per quam facilè cuique patet:  
ad eadem verò ab Homileta illustrationis & ornatus causa transiri, mo-  
desta cum reverentia id si frat, nihil vetat.

§. 5. Ad alteram quoque quod spectat propositionem, verbis Mat-  
thæi convenienter **on** particula expositionem formare debeo, siquidem  
maximam difficultatem ex unica hac conjunctione & vocula minus recte  
cum antecedentibus & consequentibus conjuncta, ortum trahere  
video, ut nullus dubitem, particulam istam omnis hujus incommodi  
genitricem appellare. Error enim cunctorum Metaphrastrarum in eo  
consistit, quod unanimiter ultima hæc verba: ὅπις Ναζαρετος  
cum præcedentibus οντως πληρωθήσης ρητού δια τῶν προφητῶν, ita arcte  
conjugenda putaverint, ut ipsa illa quoque, quæ jam diximus, verba,  
tanquam prophætica, mediante particula **in**, à Matthæo allegari censue-  
rint. Falsitas certe hæc omnia peperit adversa, propterea que nullam  
pro se defensionem, aliquam forte excusationem patitur. Neq; enim  
**οὐ** naturam eam hic esse necessariam probare possunt, ut habeatur  
pro **μητικῷ**, quodve allegari sententiam aut sermonem significet.  
Sæpius eventum tantum, nudam sæpe rei propositionem, sæpe ipsam rei  
causam in hac particula alias significari, non negabunt illi ipsi, qui nunc  
ad **μητικῷ** & allegationem properè convolarunt. Evidem confiteor,  
frequentissimam esse alieni sermonis designationem per præmissam ab  
historico hanc particulam, ita ut exneglecto hoc significatu, varia ab  
interpretibus committantur **μητικῷ**. At verò propterea, ubi nec  
necessarium, nec tutum illud est, **μητικῷ** fingere, & allegata aut ob-  
trudere, aut flagitare, plane non licet. Hic ergo ultimæ enunciationis  
de Jesu vocando Nazareo, quam quidem historici S. esse certus judico,  
connexionem cum præcedentibus approbare nec volo, nec possum,  
quoniam potius iterum iterumq; τὸ **οὐ** hic nihil minus, quam aut **μητικῷ**,  
aut saltim indirecto sermone aliena verba allegans esse, affirmo.

§. 6. Placere vero **μητικῷ** in sermone directo, ita ut censeatur  
propterea redundare particula, **οὐ**, eademq; ideo in versionibus omnino  
omit-

mittatur, Viris longè doctissimis, passim observavi. Ita scil. in *Latino* idiomate Erasmus: *ut impleretur, quod dictum fuerat per Prophetas, Nazareus vocabitur: in Germanico B. Lutherus: Auf daß erfüllt würde das da gesagte ist durch die Propheten/ Er soll Nazarenus heißen: ligatoque sermone Autor quidam de Nazareto loquens: Da will Er seyn/ da fehlt Er ein/ dlich ist an den Ort Ihm aus dem Hergen reissen.* Ahler bestehet: Was der Prophet gesagt hat: *Er soll Nazarenus heißen: In Gallico & antiquior Versio Ao 1546. edita, à fin que ce, qui est dit par les Prophetes, fut accompli: Il sera appellé Nazarien;* & recentior Amstelodami excusa 1684. *à fin que ce, qui avoit été dit par les Prophetes, fut accompli, avoir,* *Il sera appellé Nazarien.* In Anglicano ea, quæ Cambrige è Typographia Joh. Field anno 1666. prodiit: *that it might be fulfilled, which was spoken by the Prophet, He shall be called a Nazarene.* Novetiam eodem in sensu, at sermone magis indirecto, aliis non minus præstantibus doctrina & ingenio viris allegata videri ultimam Matthæi enunciationem, quo in negocio aliter aliterque loquentes *Latinos*. tantum brevitas causa adducam. Sic igitur B. Seb. Schmidius: *Ut impleratur, quod dictum est per Prophetas, quod Nazareus vocandus esset.* Theodorus Beza: *ut impleretur, quod dictum est per Prophetas, fore ut Nazareus vocaretur.* Vulgatus: *ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: quoniam (pro quod) Nazareus vocabitur.* Et sane tantū apud me valere poterat horum Interpretum consentiens autoritas, ut nisi ipsa se mihi necessitas, & argumentorum apud illos levitas opponeret, ipsis me facilè adiungerem: quod nunc tamen facere non possum, cum palam sit, non esse quærendum, nec impetrandum in Prophetarum scriptis tam speciale vaticinium. Unde per conseqvens nec μιηλική, nec magis indirecte allegans, significatio οὐ hic valere potest.

§. 7. Probavi hoc ipsum sibi prius (1.) *per violentum & ab impossibili*, quia tale dictum, quod allegatum dici queat, nusquam nec existit nec proferri potest: probavi idem (2.) *à non-tuto*, cùm omnes hactenus datæ expositiones opponenti haud sufficiant. Nunc idem probo (3.) *à non-necessario*, cum nulla sit ratio, quæ nos premere videatur. Quod si enim quisquam existimet, quoniam præcedat immediata provocatio ad dictum *per Prophetas*, necessario sequi debere propheticum ipsum dictum, sicut illud fit in hoc ipso Evangelista cap. I. 22. itemc. II. v. 15. & 17. & permultis locis aliis: ei respondendum puto, (1.) in locis citatis & æquivalibus non esse eandem rationem, quæ loci nostri est: siquidem ibi adjecta legatur vox λέγοται, quæ hic non existit, cum e contrario ad talē formulam, qualem noster habet

habet locus ; per totum Matth. Evangelium τὸ ὅτι ēnarrātivūm numerā  
qvam seqvatur: qvod utrumq; pro me facit. Pro vocatio enim ad vocem  
ἐπὶ θηλατῆς. s̄p̄ius nudē, & semel v. 31. seqvente, ὅτι occurrentem in  
sermone Christi ad aures, oculosq;; & in publicum nota, non vaticinia,  
sed dogmata provocantis, nihil huic sententiae obest , nec facit ad  
tuendam sententiam oppositam.(2.) dicemus, simpliciter etiam id necessariū  
non esse , ut provocationem ad prophetas seqvatur verbo-  
rum Propheticorum recitatio, id qvod vel ipse hic Evangelista probat  
cap. 26. v. 56. τὸν δὲ ὄλον γέγενεν, ἵνα ταληρωθῶσιν ἀπὸ χριστῶν  
φητῶν. qvibus cum nihil subjiciat, ipsum lectorem instigat, ut sacroscri-  
ptores V. Tti ipse pervestiger , qvæ etiam nostro in loco Matthæi est  
intentio, atqve in reliquis etiam sacris scriptoribus non raro obser-  
vatur. Qvod si autem instare velit idem atqve urgere , superesse ta-  
men differentiā aliquam textus nostri, ac notabilem phraseologiam, cum  
proximè hic inseqvatur particula ὅτι, id qvod cap. 26. non fiat: ubi igi-  
nur provocationi ad prophetas statim succedat τὸ ὅτι , tum certè  
necessarium esse , ut subseqvientia verba pro allegatis prophetarum  
verbis fuscipientur : tum nos contra ipsum monebimus, ne id tam  
facile credendum existimet, cum rursus vel ex ipso hoc Evangelista  
cap. 26. v. 54. contrarium elucefcat, ubi hæc leguntur πάσις ἐν ταλη-  
ρωθῶσιν ἀπὸ χριστῶν; ὅτι ἐτῶ δεῖ γενέσαι. Nullo enim negocio id ob-  
servatur , si mimesis hæc esse dicatur, in nullo Prophetarum ista legi  
verba: εὐτῶ δεῖ γενέσαι; sin per indirectum exponas, qvod ita debeat fieri:  
neque unquam hoc specialiter a Prophetis prædictum esse vides, Chri-  
sto Jesu in horto Gethsemane manus injectum, & violenter ipsum inde  
abreptum iri, qvātumvis miseram Jesu passuri & patientis conditio-  
nem variè descriptam ab iis esse , negare haud quisquam velit. Qvo  
motus B. Lutherus simpliciter ita vertit: Es muſt also gehen. Qvibus ad  
dendū, qvod, licet phrasis illa ἵνα vel ὡσας ταληρωθῆτο in θεον &c, s̄p̄ius  
legatur apud Matthæū, numq; tamen τὸ ὅτι seqvatur, ut ita notabilis ista  
opponentis observatio aliquid ostendat, qvod eā, qvæ prætenditur, ratio-  
ne Matthæo maxime est in solitu, qvi sine dubio, siloquentē inducere volu-  
isset, non τὸ ὅτι, sed τὸ λεγόντων pro more suo subjecisse credendus erat.

§. 8. Cum his ponderatis undique elucescat, τὸ ὅτι non re-  
dundare hic, ceu μημητίκόν, nec significare velut particulam infinita  
oratione sermones alienos allegantem , qvid dubitabis aliam qværere,  
qvæ commodior sit, illius particulæ significationem? Est enim hæc ex  
iis

iis, qvæ generalius significantes, ex ipso positu & nexo dignoscendum sibi sensum vendicant, siquidem hoc observari in Lexicis licet, in ipsa lectione decet. Vide sis Eduardi Leigh Crit. S N. Tti in voce ἦτι, vel, si placet, Pasorem Lexit. Greco-Lat. N. Iti. voce eadem. In quibus varias unius hujus voculae significaciones vel in solo N. Tto notabiles, atque ab ipsis notatas videbis, considerandas ritè, & probe distinguendas. Est in iis, post vulgarem expositionem per particulam *quod dicitur* (qvæ per indirectum seu infinitum sermonem sensa & sensibus exposta indicat, qvæq; hic, uti ostensum, locum & qvæ parum, ac μη μητερική significatio, habere potest) percelebris τὸν expositio per: *quia*, *quoniam*, *meili* *alidice* *meili* *iis* qvæ affine: *nam*, *Denn.* Qvæ, expositio num hic locum habeat, cum Vulgatus vocem *quoniam* adhibeat, & *huc respxisse* videri queat, disqviri potest, ut hæc forte verborum sit connexio: *Divinicus autem informatus in somnio secessit in partes Galilææ, cum genio venisset, habitatum concessit in civitatem dictam Nazaretb, ut dictum per Prophetas impleretur: quoniam Nazoreus vocari debet, vel debuit; vel ita: Nam Nazoreus est vel erat (Jesus) vocandus.* Eoq; in nexo τὸ *quoniam* non ad proximè præcedentia, tanquam ad rationem immediatam scripturariam foret alligandum, (id qvod amplissime demonstratum est) sed ad ingressum Nazareti, atq; ad τὸν Χερμαπομόδιον, ē qvo, qvid & agere Josephus, & fieri de infante deberet, parens ille in somnio didicisse credi recte potest. hoc scil. sensu: habitatum concessit Nazaretem Josephus, qvare? qvæ Jesus Nazarenus vocari debebat, uti per somnium divino ex oraculo illud coeleste consilium Josephus percepérat. Duriuscula vero hæc forsitan si videtur explicatio, & textui vim quædam inferre, cum credere quis possit, incommodum fieri ad remotiora saltum, & tempus futurum καταγένεσα durius haberis; ejusmodi profecto exempla afferre licet longe plura eaq; remotioris distinctionum situs, inq; Futuro difficultatis aliquid esse, cum & Beza & Schmidius eodem, licet alia via, inclinent, eqvidem vix credam. Atq; in particula: *namque*: aliquanto felicius forte fieri videbitur expositio hæc: *Dennein Nazareer soll oder wird Er genennt werden*, ut itidem non ad Prophetarum sermonem, sed ad Χερμαπομόδιον & divinum decretum de Nazareti inhabitatione & inde acqvirendo nomine respiciatur: siquidem futurum etiam ad modum imperativi accedere, præsertim in ejusmodi negocio, nihil est novi. Vide Matth. I, 21. Luc. I, 31. 35. 60. Sed pergamus ad commodiora, si placet!

S. 9.

§. 9. Est inter alia τὸν significata hoc etiam, ut pro ratione antecedentium atq; consequentium dictionum significare possit conexio, sive dicens quia quidem ratione, vel etiam paulo amplius consequenter, non est wegen deum, quam ob causam, aut datus/darum/ideo, propereas, quae omnia, cum non procul a se remota sint, commode hic stare censio. Erit igitur haec verborum connexionio. Divinitus autem informatus in somnio sciens in partes Galileeas, cumque eo venisset, habitatum concessit in civitatem dictam Nazaret, ut dilectum per prophetas impleretur. quia quidem ratione (Jesus) Nazarenus vocabitur, vel ita: quam ob causam Nazoreus vocabitur, vel etiam definite: expropter Nazoreus appellabitur. In hac expositione, quae simpliciter Matthaei est, tanquam historici, nihil arduum est, nihil durum, dummodo hoc probari possit, significacionem τοῦ hanc: ideo, propereas, quae nobis expositione maxime sic placet, esse usitatam tum apud LXX, tum in N. Tto.

§. 10. Qvod ut probetur, hanc fundamenti loco regulam pono: quando in Tto N. particula τοῦ, ita ponitur, ut verbis praecedentibus nec aliquam causam, nec allegatos aliorum sermones subjungat, expponenda est ordinario pro circumstantiis cum demonstratione vel significatione hoc. m. arg. hoc inde patet, quod &c. vel effectus aut saltem consequentis h. m. arg. hinc ortum est vel oriuntur, quod &c. aut simplicius: hinc, ideo, propereas. Varia afferri poterant exempla, nisi ex utraque parte studiosioribus Graecæ Lingvæ, & N. Tti scrutatoribus id pateret, & nunc brevitati studere deberemus. Quomodo hoc in negocio apud Gerhardum Harm. Evang. c. 145. pag 353 ad Lxx. 19, 43. τὸν quidam accipi- ant postum pro diōn, (sic scribit) ut si conclusio ex praecedentibus nascens, videas ibidem, & observes etiam Pasorem τὸν τοῦ eadem ratione usurpatum annotavisse, ut inferat ex praecedentibus. Observavit illud restringisse ad vocem τοῦ in significacione & ideo, propereas Christianus Noldius Theologus Hauniensis in Concordantie Partic. Ebraeo-Chaldaic. ad vocem τὸν pag. 395. & 396. ubi non tantum ostendit, particulam τοῦ exprimere saepius τὸν ideo, idemque quam clarissime ex locis parallelis Psalm. 16, 10. & 2. Cor. 4, 13, probat, sed ideem etiam in voce τοῦ, quid? & in voce τοῦ ulu venire ostendit, adductis eam in rem satis ingeniose variis exemplis. Idem & in LXX, observat Lankissus in Conc. Bibl. Germ. Quam ob rem opera illâ ab ipsis præoccupata, licet ea multifariam possit augeri, supersedemus, & lectori quidem relicta optione nobis quam maxime probari versionem per τοῦ vel diō. unde, inde ideo, propereas

Propterea affirmamus, ut hic nascatur sensus: Atq[ue] hinc est illud, quod in posterum Jesus, Nazareus ex aliorum ore, & hoc etiam mea in historia appellabitur. vel: Quia quidem est ratione Jesus deinceps vocabitur Nazareus: reliquis vocibus cunctis justam propriamque suam significacionem tuerentibus.

§. II. Tertia nunc sequitur propositio, qua asseritur hic quidem eō ipso, quod dictum est per Prophetas, probari non debere inhabitationem Nazaretis in specie, sed omne negocium eo absolvī posse, si modo inveniatur generalius Prophetarum etatū, quo Messias **הָאָרֶב גָּדוֹל** partes seu regiones Galilææ visitaturus & irradiaturus, atque ita prædicta Galilææ inhabitatio ostendī possit. Præfertim vero probamus id ex eo, quia (1.) Nazaretis inhabitatio specialis nuspiciā est promissa, (2.) quia ipsi etiam Galilæis Nazaretis inhabitatio fuit invisa, tanquam signum vitæ **מִתְּרַדְּגָה** tantum non aliena Joh. 1. 47. quod non fuisset, si constitisset promissa Messiae hæc inhabitatio: (3.) quia in ipso textu terra Israel, quam Joseph intraverat, despescitur in Iudeam & Galilæā, & relicta ob timorem, & accedens DEI monitum Iudea, ingressus in Galilæam jure venit probandus, idq[ue] potius quam ingressus in aliquam illius terræ civitatem Iudeæ non æqualiter oppositam, (4.) quia revera Galilææ ejusque tribubus Jesus est promissus. (5.) quia ingrellum in urbem Capernaum describens Matthæus itidem non ad specialius aliquod dictum propheticum provocat, ē quo civitati huic aditū illū deberi monstrat, sed eadem ratione generalius tantum aliquod vaticinum insciendum offert, unde pateat, quod regioni isti Jesum promiserint Prophetæ. Vid. Matth. Cap. IV. 12. — 17. ubi itidem relictæ Iudea in Galilæam Christum transisse scribit idem Evangelista, aq[ue] ita nobis exemplum & regulam proposuit, unde nostrum quoq[ue] locum metiremur.

§. 12. Superest Proposito **quaeria**, quod in Scripturis V. Tt. id, quod per Prophetas dictum dicitur, & recte queratur, & feliciter possit inventari. Projiciamus igitur illuminati per scripturas nostri intellectus videntes oculos primum & præcipue in visiones Esaiae, **מִתְּרַדְּגָה תְּשֵׁמֶת** **מִתְּרַדְּגָה כְּאַתָּה שְׁגָגָת**, quo sub encomio eum notatum videmus à Syracide cap. 48. v. 25. inque illius Volumine capituli IX. versum ultimum, cum fine præcedentis capituli VIII. conjunctum, maturo expendamus iudicio. Ibidem legimus sequentia: **הָעָם הַהֲלִיכִים בְּחַשֵּׁךְ רָאוּ אָוֶר גָּדוֹל יִשְׁבֵי בָּאָרֶץ צְלָמוֹת אָוֶר נֶגֶה עֲרוּחוֹת**. In quibus id aperte ceruit à Prophetā admirabundo proferri, quod Galilææ terras, & spe-

ciatim tribum Zebulon & Naphthali (de quibus quippe tribibus gravi-  
ter pressis & caligine calamitatum quasi denigratis sub finem præceden-  
tis capitil VIII. divinus fuerat sermo) Christi ejusque Evangelii lumen  
adeo olim sit irradiaturum, ut, cum antea idem ille, terras istas inha-  
bitans populus. **רָאֵם אֹרֶגְדּוֹל חַלְכִּים בְּחַשְׁךְ** dicerentur, tunc  
dicendisint. Nolo hic à me requiri, ut variorum etiam Judæorum con-  
fessiones in medium proferam, qui concedant, agere hic Esaiam de tem-  
pore oriundi Messiae, quippe quod, ubi ipsorum scripta inspiciendi co-  
pia datur, haud difficile invenies. Mei nunc officii ratio id non po-  
stulat. Ego enim illud ceu notum ex N. T. i scriptis assumens, ad ap-  
plicanda potius Prophetica verba procedo, monstraturus, quomodo  
inter hunc Esiae locum, & inter Matthæi sermonem è Prophetis proban-  
dum **אָפֻעָה** observetur admodum jucunda, admodum divina. Con-  
sistit hæc verò in eo, quod apud Esaiam, puer ille natus, & filius hu-  
mano generi datus, Immanuel cum Propheta locutus, & à Proph-  
eta agnitus, Christus inquam, optima illa lux animarum, Galilææ  
etiam, & oris tribuum descriptarum apparere, & lumen veritatis  
iis inferre prænoscatur, & prædicetur, quodque nunc apud Mat-  
thæum dicatur, apparuisse jam eundem, qui tanquam τὸ φῶς τὸ  
ἀληθινόν ὡς πάντῃ τῇ οὐκοτιᾳ Galilæorum, radios suos emiserit luci-  
dissimos, nec solam Judæam recens ortus nativitate sua inclytam red-  
diderit, sed nunc puer Galilæam quoque, atque in ea, ut vicinam tribum  
Nephthalim, ita maxime tribum Zabulon, in quam sita erat Nazaret,  
imo integrum illam terram valde populosam adventu incolatuque suo  
piis quibusque exoptatissimo beárit.

S. 13. Confert autem se Evangelista ideo ad generalem citatio-  
nem vaticiniorum, ut tanto alaciorem, legendorumque Prophetarum  
avidiorem reddat, simulque diligentem moneat lectorem, ne pueruli hu-  
jus divini adventum in hanc Galilææ terram fortuito factum esse exi-  
stimet, licet tum temporis, ipse cum veniret, incolis hujus terræ permul-  
tis viuis forsan fuerit fortuitus ille ingressus; dignius enim quid memo-  
ria vult esse recolendum, & ad promissiones ipsius DEI respiciendum,  
qui Spiritualia ejusmodi beneficia terræ huic ex promisso exhibere, &  
lumen hoc memorabile ei lucere benignè voluerit, propterea que hoc per  
Prophetam prædicti curaverit. Neque vero dubium cuiquam videri de-

K

bet

bet, qvod circa ingressum Messiae in civitatem Nazareth ad generalem tantum prophetiam oculos remittendos est Matthaeo esse dicam, siquidem omne dubium ambigenti ipse eximit in supra jam allegata citatione, quam præcipuum praे aliis fundamentum hujus meæ sententiae, & expositionis esse, infucate contestor. Idem scil. Matthæus cap. IV. 12. seq. eundem nostrum Messiam e Judæa iterum venientem & nunc, Nazarete etiam relicta, Capernaum suæ habitationi eligentem, descriپturus ita loquitur: Ακέρως δὲ ὁ Ἰησος, "οἱ ἡμῶν παρεδόθη, αὐτοὶ χάροισι εἰς τὴν Γαλιλαίαν. καὶ καταλιπών τὸν Ναζαρέτ, ἐλθὼν κατώκησεν εἰς τὴν Καπερναύμ. ἵνα παρηγάγῃ τὸ ἥμερον οἵτις οὐδὲ φίτις, λέγοντο. Γῆ ζωβελῶν καὶ γῆ Νεφελῶν, οὐδεὶς οὐ καθίμενος ἐν σκότῳ εἶδε Φῶς μέρας, καὶ τοῖς καθημένοις ἐσχώρα καὶ σκάνθαται, φῶς αὐτέργελος αὐτοῖς. Unde primum quidem hoc colligitur, sicut hic non relictio urbis Nazaret, quæ tamen relicta esse simul innuitur, nec inhabitatio Capernaumi speciatim vi nominis, sed generatim cum iteratâ in terras Galilææ ingressione, hæc inhabitatio urbis illius παραγαλασσίας vi situs, & pertinentia ad terras Galilaicas ex dicto Ef 8. & 9. probatur, ita etiam in æquali cauſa, quia apud Prophetam tribus Zabulon & Galilææ fit mentio, oculos ad generale illud Prophetæ vaticinium ipso Matthæo indice dirigendos esse. Atq; ita hic tuta instituitur collectio ex illius exemplo ad nostri loci interpretationem tuto faciendam. Deinde etiam hoc patescit, sicuti utriusq; tribus in verbis propheticis fit mentio, ita etiam in iis licet implice, tamen vere ex intentione Sancti Spiritus, non tantum Nazareten, tribus Zabuloniæ civitatem, primam Messiae nostri sedem, sed etiam Capernaum, urbem tribus Νεφελῶν παραγαλασσίας, ipsius Messiae visitationi & habitationi fuisse destinatam, idq; omni cum fructu ad omnes reliquias per utramq; tribum urbes, imo ad totam Galilæam gentium, quæ expresse inducitur, redundaturo. Pari igitur i. e. generaliore modo prævisum hunc esse ac præscriptum a Propheta adventum Jesu in Civitatem Ναζαρέτ censeo, quo alteri civitati Capharnaum ingressus ille est prævius, ac præscriptus: unde etiam utroque illo accessu, tam ad urbem Capharnaum, quam ad civitatem Nazareth, cum præsertim utraqve civitas sit Galilæidos, Esiana vaticinia impleta, censenda esse, scripturis dextre conciliatis, concludo.

§. 14.

§. 14. Facile ex allatis concipitur, quo hæc prophetarum citatio  
apud Matthæum vergat, qvidque Evangelista sibi sumserit lectorum  
causa probandum, hoc nimirum, non in sola Iudæa, ubi è dicto Michæ  
c. V. i. nasci debuerat, Christum permanere, nec eodem ex Egypto, unde  
evocandum Hoseas c XI, i. prædixerat, remitti debuisse, sed & in oppo-  
sitam Iudæam Galilæam, alteram terræ Israel partem venire, eandem-  
que illustrare, vi dictorum Propheticorum ipsum oportuisse. Contra  
qvod si quis velit opponere, si ingressus in Nazarèt specialiore dicto non  
fuisse probandus, coñodius voces: ἵνα τὸν θεόν τῆς Γαλιλαίας &c. subjunctione fuisse  
verbis illis ἀντιχωροῦσσιν τὰ μὲν τῆς Γαλιλαίας; ipsi respondendum pu-  
to, non id fuisse necessarium, sed in arbitrio Evangelistæ positum, cum  
& illa citantium verborum, post recensionem de ingressu in civita-  
tem Nazaret, ordinata statio nihil habeat incommodi. Etenim Ev-  
angelista, qvod personum edocitus est Joseph, id omne continua-  
to sermone historicè recenset factum, scil. abitum è Judæa, ingres-  
sum in terras Galilææ, concessionemque in civitatem Nazaret domi-  
ciliij causa: & deinde factum illud in somnio monitum & subseqwen-  
tem ejus executionem confirmat generatim ex eo, qvod omnis hæc  
profeccio consentiat cum scripturis propheticis in Jesu Galilæam in-  
colente & illustrante juste sic implendis. Itaque hæc objectio con-  
tra arbitrium inspirantis Dei, & exarantis Matthæi allata, facili ne-  
gocio dissolvitur.

§. 15. Ais, qvare ergo omnino nullum expressis verbis di-  
ctum allegavit Matthæus? Respondeo, qvia partim id pro divino ar-  
bitrio, è qvo alibi etiam tum ipse, tum sanctorum scriptorum alii idem  
fecerunt, lectorum suorum studio & inquisitione reliquit, solertia  
illorum acuere gestiens: partim, qvia præclarum præ omnibus Esaia-  
num dictum non multo post Cap. IV, 15. 16. erat allegandum, qvi-  
cum reliqua deinceps loca hoc spectantia àperito sacrarum literarum  
lectore conferri omnino decebat. Neqve igitur, unum idemque  
testimonium bis expresso sermone citari, fas videbatur. Qvod si vero  
instes, ubi igitur illa sunt dicta, quæ cù hoc Esaiano queant conferri, præ-  
sertim, cum non unum Prophetam in singulari, sed Prophetas in numero  
multitudinis indice ciset? nolim qvidem qvatnvis absurdum id non sit,  
cum Drusio asserere, posse hic dictionem. Διά τῶν προφητῶν sic exponi:  
δι εἰὸς τῶν προφητῶν, nec confugiam ad alia N. Tti loca in qvibus

Prophetæ dicuntur esse positi pro uno aliquo Prophetæ; sed ad proferenda pro virili dicta alia convenientia me accingam.

§. 16. Primum quidem quam soleritissime scrutatus sum, quid si bi B. Gerhardus in habitationem Nazaretis ē. Tto probaturus his velit verbis Harmon. Cap. CXVI, p. m. 393. Si scripturas accurate scrutari, & even- tum cum variis in Propheticis diligenter conferre voluissent, facile invenire posuissent, quod *Messias* in Bethlehem diebeat nasci Matth. 5. 24. quod agnoscunt scribae Matth. 2., 5. Eturba Iohann: 7. v. 42. in Nazareth verò concipi & educari Jerem. 31. v. 22. unde etiam Nazarenus sit vocandas, Matth. 2. v. 23. quodq; hic Jesus in Bethlehem quidem sit natus, in Nazareth verò conceptus & educatus, ac proinde etiam hoc nomine pro Meßia agnosendus. Postquam enim sedulam in eo per noscendo, in quo loco citato Jer. 31. v. 22. scrutando & spellam collocavi, nihil tandem reperire potui, præter hoc dubium, an forte typographus veniam, uti sèpius, erroris mereatur, quamvis ne sic quidem opem ullibi hactenus invenierim, prudentiorum nunc exspectans & petens in eo informationem, unde in Propheticis id, de quo semper dubito, possit pro Gerhardi fide probari, quod Christus in Nazareth concipi & educari debuerit. Namque hoc unum si fuerit ostensum, totum hoc negocium erit superatum.

§. 17. Jungere igitur pro suscepto munere audebo Jesaiæ ipsum Mosén, Prophetam reliquis omnibus facile majorem Deut. 33. 18. 19. Sebuloni & Isaschar vaticinantem: עמיים הר וקראו שם יובחו זבחו צַדְקָה שְׁפָנִי טְמֹנִי חֲרֵב vocabunt: ibi sacrificabunt sacrificia iustitia; quia abundantiam marium fugent, & contexta thesaurorum arena. Ubi expresse duabus partibus Galilææ, tribubus scil. Zabulon & Isaschar, benedictionem cum temporaria maxime etiam spiritualem Moses promittit, eamque tantam, & talem, ut, quamvis jam alibi quod antenius impleta videri possit ista promissio, tamen nullo felicius tempore impleta censi- feri queat, quam tempore Servatoris, tum in montanâ degentis Nazare- ze, vicinisq; in locis & montibus sanctè postea versati, tum etiam jam suscepti, cum terra marique permulti Christianismum professuri in Galilæam convolarint. Conferri, si quis id velit, potest & ver. 23. de Naphtali. Tum verò illi Moses vaticinio subnecto etiam prædictionem, quam David, Prophetæ non minus quam Rex, literis consignavit, posteris

שְׁמָה בְּנֵיכֶם צַפּוּ רְדֵת שָׁרֵי זְהֹרָה וְלִבְנֵי שָׁרוֹ נְבָתְלָה  
posterioris observanda Psalm. 68. v. 28. Regemque regnum Benjamin & Zebulon Qyibus in verbis non tantum  
parvus ille Benjamin, in quo & tanquam primogenitus & tamquam  
templi Dominus, & tanquam victima, exhibitus, atque Ju-  
da, in quo natus, sed & Zebulon, in quo conceptus & educa-  
tus, & Naphthali, in quo postmodum plerumque habitans & ver-  
satus fuit DEI Filius, in Novo Christi Regno jubilantibus domina-  
turi dicuntur, sufficientis indicii causa, quod praesenserit per Sp. DEI  
Propheta, fore tribum Zebulonis ex iis, in quibus quam maxime divina  
Christi praesentia olim sit contuenda, & observanda. His autem cum lo-  
cisi quis velit etiam typos, ac figuram quaspiam conjungere, in quibus  
Christus Galilaeus, ipsiusque urbibus quacunque ratione promissus ostend-  
di queat, id ipsi posse ex superfluo concedi, sine morositate ulla autumo.

S. 18. Nescio, an Joh. Andr. Osiandr. non venerit in hanc  
eamdem nostram sententiam, aut eam minimum attigerit, cum in  
Exercit. Thumm. VII. Qvaest. I. §. 7. cum educatione & conversatione  
in Galilaea, cuinque accensione lucis in regione tribuum Naphthali &  
Zabulon ac juxta mare, nomen Nazareni proxime conjugat, ut parum  
absit, quin eum sententiae meae testem vocitem. Hæc vero dum scri-  
bo, forte fortuna est supellecstile Amici cuiusdam libraria in manum  
incidit elegantissimus libellus Thomæ Godwini, cui titulus, Moses  
& Aaron, cum notis Joh. Henrici Reizii editus. Quem dum  
evollo, Reizium in notis ad libr. I. cap. 8. à nostra sententia parum  
abesse animadverto. Ipsa ejus verba, rejectis sc. variis probabilio-  
ribus, minus probabilioribus sententiis, de libris perditis, de נצ, de  
נזר, de traditione orali, de נצ, (qvæ cœteris probabiliorē tamen cen-  
set) qvæprobabilissimam ex ipsius judicio continent sententiam, cum  
B. L. lubens communico. Sententia, ait, quæ omnium videtur verosimilli-  
ma, est, quæ statuit, Prophetias esse, quæ dicant, Christum, ut veram lucem  
Job. 1. 9. videndum à populis sedentibus in tenebris, h. est, Galilea gentium  
in qua fuit Gennesaret, & juxta eam urbem Capernaum, ubi Christus  
ranta miracula & saluberrimas doctrinas edidit Es. V III, 23. IX, 1. Genes.  
XLIX, 21. ita ut dictus sit Galileus: quando autem habuiavit in Nazaret,  
tunc impleta est prophetia, ipsum in Galilaea & in Zabulon & in Neptæ-  
salim appariturum. Non quidem auctoritatem legitur in scriptura ipsum ve-  
ritandum Nazarenum, sed dicitur in Galilæa versaturus, qui autem est Na-  
zarenus, is etiam Galileus, & qui in Nazareth, etiam in Galilæa est. In  
K. 3. qvi-

qvibus rectissime sentire, dum ad Esa. 8. 13. & c. 9. 1. provocat Autorem agnoscimus, modo cum tis connectantur, qvæ à nobis uberioris sunt explicata: cum cœteroquin verba ista, Nazarenus vocabitur, quasi per quandam Synecdochem generis pro specie in his qværat vocibus: in Galilæa versabitur, & Galilæus dicetur: quod paullo durius est, præcipue cum nec ista quidem vèrba sic expresse legantur. Quæc Gén. 49. 21. de Naphthali allegat, paullo à nostro loco sunt alieniora.

§. 19. Nihil superest, nisi ut breviter nunc ad ea, quæ cap. 2. §. I. in qvæstionem venere, respondeamus & ἀναφελαιώσωμεν δicamus, Evangelistam stabilisse non argumentationē verbis: Ναζωραῖος καληθίστηι pro inhabitacione civitatis Nazaret, sed stabilivisse ingressum Galilææ per citatos in genere Prophetas, maxime Esa. 8. ult. & c. 9. 1. qui cum conferri possint Moses Deut. 33. 18. 19. ac David: Ps. 68. 28. qvibus in locis promisla leguntur Zabuloni magna dona spiritualia, qvæ per Christum, vel infantulu, deinde sunt exhibita. Qvod vero Matthæus videatur dubiis uti verbis, id dico partim videri præ conceptarū opinionum causa, partim fieri etiam attenti in Christianis desiderii causa, qvod ipsos in scrutinio scriptura ferat. Unde patet, nihil monstri esse, qvod Spiritus S. sic scribi non tantum concederit, sed & curaverit, qvippe qvi nobis sacras literas omni opera perscrutandas, continuo in iisdem & per easdem commendat: in qvibus tamen nuspianam phrasis illa occurrit: Ναζωραῖος καληθίστηι, & per consequens alio accedendum esse svadet & urget.

§. 20. His omnibus recta mente reputatis nunc judicent omnes qvibus æquitas cordi est & sancta veritas, qvid de hac nostra explicatione sit judicandum. Mea qvidem sententia, si qvid recte judicare ingenii mei tenue acumen potest, pugnat pro ipsa hac expositione clarissimus connexionis aspectus, pugnat Evangelista in pari negocio eodem fere modo ad prophetæ vaticinum se referens, pugnat ipsa veritas, qvæ ex indole scripti & intentione Matthæo hacten ostensa auguste latis elucet cum rationibus multis aliis. Et præterea nullis dubiis grammaticis hæc substat interpretatio, sive scribatur vox Ναζωραῖος peri, sive per Σhebræum; qvin potius nobis hoc qvidem loco perinde est, qvomodounque vocis hujus lineas ducere quis voluerit, & unde censeat civitatis nomen derivandum.

§. 21. Aufugiant vero jam omnes Athei, Naturalistæ, Judæi &c: qvibus in deliciis est Sacros Scriptores, ipsorumque scripta contumeliose

**I**osè haberi ! Quid ergo blasphemias impudentissime tu omniū R.  
Iaac Ben Abraham (contra qvem disputat celeberrimus Dn. M. Gebhar-  
di in *Manimine Fidei*, & qvidem h. l') Quid somnias, Matthæum:  
*bis somnia asselnuſquā enim in Scriptura V.Tti. exſtare, Naꝝ w̄pāi Ḡ uληθ̄orū*  
Scias verò, noluſſe Matthæum, ut hæc ultima verba calumniandi cau-  
ſa ex ipſo extrahas, inqve prophetis qværas, cum illa qværere Te-  
non jusserit. Id verò, ſi ſapis, te jufſit qværere in prophetis, qvod  
præmisit, ignotum tibi Ἰὼν Π̄ιΣΩ tribum in Galilæa zabulon ad imple-  
da vaticinia ingredi debuiſſe. Huic ergo rei ſi operam tuam impendifſes,  
de integritate Matthæi certior omnino potuſſes fieri patqve ita nulla oc-  
caſio blaterationibus tuis Matthæi auctoritatē allatrandi remanififet.

**§. 22.** De Christianorum autem benevolo affensu, omnibus his  
ita dictis, eqvidem omnino non despero. Qvod ſi enim laudanda eſt eo-  
rum industria, qvi Christum totius ſcripturæ nucleum in V. Tto, ubi cunq;  
argumenta probabiliora id permittunt, ſtudioſe qværunt, ac detegunt, ē  
gravifſimo judicio ſummè Reverendi maximeqve aſtumandi D. FECH-  
TII, Præceptoris ac Patroni mei æternū obſervandi, in Sylloge ſelecti-  
orū controverſiarū Disput. XXI. §. 6. cui ſententiæ jure merito aſurgere  
omnes decet: aſlenuſ tanto faciliuſpero qvanto ſic tutiuſ ſervata Matthæi fide, Jefus i Naꝝ w̄pāi Ḡ non vi agnominis, ſed ingressuſ in illuſtrā-  
das Galilæe terras Prophetarum in ſcriptis qværitur, qvantoqve feliciuſ  
ſic in iisdem invenitur.

**§. 23.** Claudio igitur probationum agmen hoc argumento: Qyam-  
cumqve ſententiam in Exegeſi (1.) circumſtantiarum neceſſitas exigit,  
(2.) connexiōnis ſeries conſirmat, (3.) æqvalis locus roborat, (4.) ratio,  
hiſtoriæ docet, (5.) uſu linguae feliciter admittit, (6.) ſcriptoris ſacrive-  
racitas tuetur, (7.) nulla premit diſſicultas nec abſurditas, & (8.) hoſti-  
bus Matthæi ſufficientem eſſe oſtendit experientia, illa ipsa ſententia præ-  
reliqvis. omnibus valet & amplectenda eſt. Atqvi hanc modo propositam ſententiam qvatuor propositionibus rite pertractatis inclusam (1.)  
circumſtantiarum neceſſitas exigit &c. E. Minorem continuo capite:  
ſufficienter probavimus.

**§. 24.** Atqve ita abſolvimus Deo propitio laborem, qvo huc  
uſq; fuimus occupati. Haut infeliciter ſi, quod Bono cum DEO factum  
eſſe conſido, monſtravi modum, per qvem linguis Matthæo ſeſe  
oppoſitoris ſilentium ſatiſaltum imponi poſſit, & ipsa ſacrarum litera-  
rum

rum veritas hic quoque agnoscendi debeat, scripturarum Autori Deo ipsi,  
usque Spiritui Sancto suam exhibens gloriam. Nunquam ergo no-  
stræ nos penitebit operæ, qui non inutili pensatione loci tot du-  
biis, sententiisq; involuti tempus transgimus, sed & ipsi, si non certiores,  
saltim confirmatores redditum sumus de divina Sacrarum literarum fide  
& Matthæi divinitus ad scribendum acti dignitate summi semper æstu-  
menda. Didicimus etiam JESUM / ov NAZΩPAION, licet hoc Matthæi  
caput illud non intendat, esse verū נצ, vel surculum e Davidis stirpe ori-  
undū, & verū etiam נצ in sensu excellentiori, cuius in consecratione, san-  
ctitate, & abjectione omnis nostra salus, cuiusq; in dignitate omnis nostra  
dignitas fundatur. Placet quoque meditatio cognominis Nazoræi, quod  
cognomen, licet in populo Dei Judaico olim fuerit abjectum & ipre-  
tuim, vera tamen humilitatis Doctor idem & exemplum sibi vendicavit,  
ut nos etiam humilitati assuefiamus, pudoremq; non in externis for-  
tunæ rationibus, sed in vitiis collocemus, sicut Christum ab omni vi-  
tio alienum in illa Nazaretis civitatula, ut ita dicam, concipi, educari, co-  
gnomen acquisivisse numquam puduit. In gloria etiam nostra hoc esse  
ducimus, quando veritatis sanctissimæq; nostræ fidei hostes vel contu-  
meliosè, ut partim putant contumeliosum id nobis esse, vel oscitantes,  
sicut confyeturinus causa à multis ita sit, Nazoræos à Christo Nazo-  
ræo nos appellant, qui eum diligere per Divinam gratiam possumus,  
nec cum Tertullo propterea queruli atque indignabundi rixamur,  
quod oratorem agens Nazoræos nos Act. 24, 5. appellari. Agimus  
quoque grates æterno DEO æternas, quod Iesum Filium suum non  
tantù in Judæis nasci, & natu teneri, sed & gentilibus ex Oriente ostendi,  
& gentilibus in Ægypto donari, posteaq; in contemta illa gentibusq; & vi-  
ciniore, & varie permista Galilæa educari & plerumque versari volue-  
rit, atque ita publice revelari fecerit, quid Sancti consilii de nobis  
ethnicis decretum servet, id quod nunc ad solem quasi meridianum  
clare circumspicitur. Nec desiniimus ejus sanctitatem venerari, qui  
Prophetica scripta, delicias & salutem nostram, in nostros usque dies ab  
interitu præservari, nobisq; in manus tradi curavit, atque ita præcis cum  
vaticiniis conferendā recentiorē Christi historiam hodienu concedit.  
Ei autem, qui veritatem providis sedulo scruntantium oculis non invidet,  
sed perlubenter in verbo suo commonstrat, Patri, Filio, ac

Spiritui Sancto fit laus & Gloria perennis.

Amen!

ברוך יהוָה לעוֹלָה

Præclarè docto KOEPKENIO,  
Tertium hīc Præside fulgidissimo suo  
Affine disputuro Feliciter!



Vām studii \* *cupidus*, qvām sis condignus honore,  
Nomen, *Amice*, docet, qvin simul acta probant,  
Et specimen trinum, qvod grator & ominor exin,  
Qvod studii *cupidus* promereare decus.

Sed cur, qvæso, *necis* † *cupiens* quoque diceris illo?

Solamen vitae perciperens ne magis?

At res salva: *necem* verbi *cupis* ense potentis  
Hæresiarcharum. Tute sed usqve vale!

\* Köpkenius:  
encupisco.

LM<sup>4</sup>

† Koepkenius: A. D. HABICHHORST, D:  
cupio neces.

Ad

Clarissimum Dn. KOEPKENIUM.

Sic nunquam cessant indelassabilis  
ardor  
KOEPRENI, & studii pars bene cœpta Tui!  
Non dubito, qvin sit mox Tecinctura co-  
rona,

Cum capies operæ præmia digna Tux!

Post edita plurime solidæ eruditio[n]is specimen in Julia,  
tum in hac Academia bene ominatur gratulabundus,

JO. FECHT, D. PP. Confist. Duc. Adseß.  
& District. Rostoch. Superintend.

*Ad Eundem.*

**P**Atria quem virtus, & publica cura poluit,  
Quemq; bis acceptum **FULLA** Pallas amat,  
Quem **SALAPARNASSI** solitens humore rigavit,  
Kœpkoniumque sebi semper habere cupit,  
Hunc audit quintos animi celebrare labores  
**ROSTOCHIUM**, & gestit cingere flore comam.  
Et: Licet haut poscas, inquit, qua poscere fas est,  
Te (debet hoc) ornent laurus, oliva, rosa.

De Clarissimo, Doctissimoque Dn. Affine omnia in his  
prospera ominatur congratulans PRÆSES  
JOH. PETR. Grünenberg Ph. ac Th. D. P. P.  
Consist. Duc. Assess. & per Districtum  
Mekelnb. Superint.

**T**ertia KOEPKENI Tibi surgit laurus. Eoa,  
Cum Cathedram rursus non sine laude premis.  
Exponis fructus, qvos Julia, Jenaque dudum  
Extollunt, qvōs nunc Rostochiumque canit.  
Gratulor ex imis, præconia plura seqvantur,  
Ut sit perpetuo fama sonora tua !  
Volante hâc crenâ Nobiliss. DN. KOEPKENIO Fautori ac  
Amico suo singulariter colendo tertia jam vice ex Ca-  
thedrâ Theologicâ non sine applausu differenti, ap-  
plaudere voluit  
M. ZACH. GRAPIUS, Phyf. & Metaph. Prof. Publ.  
Ord & ad D. Jacob. Cathedral. Archi-Diaconus.

os(O)s













Hc

1101



Universitäts  
bibliothek  
rostock


[http://purl.uni-rostock.de/  
posdok/ppn730639258/phys\\_0093](http://purl.uni-rostock.de/posdok/ppn730639258/phys_0093)

DFG









the scale towards document

81

et reqvirimus eosdem ipsis & eorum cuilibet sub  
cacionis pena districtiusq[ue] ngenda qvatenus intra  
um monicionem & reqvificationem hujusmodi eis  
factas immediate seqventium qvos sex dies ipsis  
pro omni dilatione terminoq[ue] pereemptorio ac  
nica assignetis prout assignamus eisdem à par-  
communicacione predictorum denunciatorum  
um aggravatorum & reaggravatorum penitus &  
nec cum eis vel eorum aliquo loqvendo conver-  
bibendo emendo vendendo aut cum eisq[ue]vis alio  
do neq[ue] ipsis cibum sal aquam ignem vel po-  
aut aliquo humanitatis solacio preterqvam in  
à jure permisis participant seu eorum aliquis  
nat Nec eisdem rostockencibus sicut premit-  
xcommunicatis aggravatis & reaggravatis con-  
& favorem in eorum pertinacia prestent aut ali-  
seu prestari procurent vel eorum alter procu-  
alte directe vel indirecte aut qvovis alio que-  
ncias eorum & cujuslibet eorum predicto-  
defuper onerantes Et si qvod ab sit contrarium  
alter fecerit nos in eos & eorum qvemlibet cum  
excommunicatis aggravatis & reaggravatis  
bantes ex tunc prout ex nunc & e con-  
monitione premissa sanctissima excommunica-  
tique excommunicamus dei nomine in his scri-  
vobis dominis superscriptis qvatenus dictis sex  
dem participantes ac illos qvorum nomina scive-  
vos vero in genere una cumdictis excommunicatis  
gravatis publice de ambonibus ecclesiarum vestra-  
tos denuncietis nec ab his cesletis nisi aliud re-  
atis Præterea si qvod deus avertat prefati de-  
niciati aggravati & reaggravati dictas erectionem  
retum statutum reservacionem concessionem &  
dice sedis antedicta adhuc non admiserint cum effe-

M 3

ctu

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.